VEnti quattro furono i cavalli dorati, & quelli di avorio 94. Et quelli dui di marmo mezzi guaſti, che ſono a monte *Cavallo*, coſi detto di loro, uno fatto da Fidia, & altro da Praxitele ſcultori excellentiſſimi, *Mithridate* Re di Armenia li conduſſe a Roma, & li donò a Nerone.

## CAP. XXIX.

### *Delle Librarie.*

TRenta ſette furono le Librarie in Roma, ornate di varii marmi & pitture. Ma le piu celebre furono l'Auguſta, la Gordiana, & la Ulpia.

1 *Livius* lib. 5. c. 48. 2 Quam ſtatuam celebrat *Statius* lib. 1. *Silv.* & de qua inquit, *Ænea captivi crinem tegit ungula Rheni.* 3 *Tacitus* Annal. lib. 16. c. 23. Negant recentiores, *Tiridatis* hos eſſe equos, quod hi ſunt marmorei, illos vero æneos fuiſſe *Rufus* & *Victor* teſtantur. Titulus,

L'*Auguſta*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0054
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

## CAP. XXVI.
### *De Statuis.*

INgens olim erat pedeſtrium & equeſtrium ſtatuarum copia, ex omni materia, ſed præcipue de marmore. Pedeſtrium quidem reſtant nonnullæ, ſed maxima ex parte perierunt. Equeſtrium unica ſupereſt, in area Capitolii, M. Aurelii Imp. ſtatua. Græcis mos erat ſtatuas ſuas nudas, Romanis veſtitas ponere.

## CAP. XXVII.
### *De Marforio.*

QUÆ ad pedes Capitolii extat, hodie *Marforius* dicta, ſtatua *Jovis Panarii* fuiſſe judicatur, facta in panis memoriam, [1] quem Romani milites, in Capitolio obſeſſi, in Gallorum ſtationes projecerunt. Alii *Rheni* fluminis effigiem eſſe volunt, cujus caput ungula [2] equi Domitiani, ex ære facti, olim premebat.

## CAP. XXVIII.
### *De Equorum ſtatuis.*

EQui erant viginti quatuor inaurati, nonaginta quatuor ex ebore. Duos illos e marmore, qui in monte *Caballino* mutilati conſpiciuntur & monti nomen imponunt, [3] *Tiridates* Romam adduxit, & Neroni dedit, alterum Phidiæ, alterum Praxitelis, clariſſimorum artificum, opus.

## CAP. XXIX.
### *De Bibliothecis.*

BIbliothecæ in urbe erant triginta ſeptem, omnes picturis & varietate marmoris inſignes. Viſendæ erant Auguſta, Gordiana, & Ulpia.

quem inſcripſit Sixtus V, cum in area Palatii Pontificii reſtitutos collocaret, indicat à Conſtantino Magno eos è Græcia fuiſſe advectos. vide, ſi libet, *Donatum* lib. 3. c. 15. *Borrichi* c. 8.

L'*Auguſta* da Auguſto edificata delle ſpoglie della Dalmatia, & vi erano libri Greci & Latini ſenza numero.

La *Gordiana* da Gordiano Imperatore edificata, vi poſe ſeſſanta due mila volumi.

L'*Ulpia* da *Adriano* edificata *appreſſo* le Terme Diocletiane, & in quella vi erano i libri ne quali erano ſcritti li geſti del Senato.

Et l' inventore di dette Librarie in Roma fu Aſinio Pollione.

## CAP. XXX.

### *Delli Horivoli.*

LA prima ſorte di Horivolo che uſaſſero i Romani fu il Quadrante, portato da M. Valerio Meſſana di Cattania, citta di Sicilia, la quale vinſe nel ſuo Conſolato, l'anno 377. dopo l'edificatione da Roma, & l'uſorno 99. anni. Et 219. anni dopo Scipione Naſica trovò l'horivolo non di polvere, come ſono li noſtri, ma di acqua, la quale ſtillando minutiſſamente diſtingueva l'hore, & era miglior del quadrante, perche il quadrante non era buono ſe non ſi vedeva il ſole, e queſto era buono da ogni tempo.

## CAP. XXXI.

### *De' Palazzi.*

IL Palazzo di *Auguſto* fu in un canto del foro Romano, ornato di varii marmi, & belliſſime colonne.

Quello di *Claudio* fu tra'l *Coliſeo* & S. *Pietro in vincola*, bello & grande.

Quello di *Veſpaſiano* e *Tito* era vicino a S. *Pietro in vincola.*

Quello di *Nerva* era tra la torre de i *Conti* e quella delle *Militie.*

Quello d'*Antonino* era vicino alla ſua colonna, ornato di marmo & belliſſimi porfidi.

1 A quo *Ulpia* dicitur. *Nard. Borr.* 2 Tranſlata erat in thermas Diocletianas, ut author eſt *Vopiſcus* in vita *Probi*, in Foro Trajani primo locata. 3 *Plinius* lib. 7. c. 30. lib. 35. c. 2. 4 Vide *Plinium* lib. 7. c. 60. 5 Habitabat Auguſtus *primo juxta Romanum forum in domo,*

Quello

*Auguſtam* ex manubiis Dalmaticis Auguſtus fecit, ſcriptis Græcis & Latinis locupletiſſimam.

*Gordianam* Imperator Gordianus, in qua erant ſexaginta duo millia voluminum.

*Ulpiam* [1] *Trajanus*, [2] *prope* thermas Diocletianas. In hac Bibliotheca acta Senatus erant repoſita.

[3] Aſinius Pollio Bibliothecam Romæ primus publicavit.

## CAP. XXX.

### *De Horologiis.*

PRimum apud Romanos Horologii genus erat Solarium, quod M. Valerius Meſſala Conſul, capta Catana Siciliæ urbe, Romam deportavit, Anno Urbis Conditæ [4] 491. Huic Romani annis undecentum paruerunt. Interjectis deinde annis 104. ex quo ſuum Meſſala ſtatuerat, novum Scipio Naſica horologium excogitavit; non de pulvere, qualia ſunt noſtra, ſed aqua; quæ guttatim diſtillans horas divideret: Horologium priori longe utilius, cum illud non niſi fulgente ſole, hoc omni tempore valeret.

## CAP. XXXI.

### *De Palatiis.*

AUguſti Palatium erat [5] juxta Forum, marmoris varietate & columnis pulcherrimis ornatum.

*Claudii*, inter *Coloſſeum* & Ædem S. *Petri in vincula*, laxum pariter & venuſtum.

*Veſpaſiani* & *Titi*, *in Eſquiliis*, prope eandem S. *Petri* Ædem.

*Nervæ*, inter turrim *Comitum* & illam, quæ vulgo [6] *Militaris* dicitur.

*Antoninus* palatium habuit columnæ ſuæ vicinum, belliſſimo porphyrite alioque marmore inſigne.

*quæ Calvi Oratoris fuerat, ſed poſtea in Palatio. Suet.* Hæc domus *Palatina*, à pluribus aucta, præcipua erat Imperatorum ſedes. Cujus priſtinam majeſtatem & hodierna veſtigia vide apud *Donatum* lib. 3. c. 1. & lib. 3. c. 14. 6 Vide caput de *Turribus*.

*Caracalla*

Quello di *Caracalla* fu vicino alle ſue Terme, ornato de grandiſſime colonne & belliſſimi marmi.

Quello di *Decio* fu ſopra il Viminale dove è hora la chieſa di S. *Lorenſo in Paliſperna.*

Quello di *Conſtantino Magno* fù a S. *Giovanni Laterano.*

Ve ne erano ancora molti altri ornati magnificamente, li quali laſcio da parte per brevità.

## CAP. XXXII.

### *Della Caſa Aurea di Nerone.*

EDificò Nerone una caſa, la quale cominciava tra il monte Celio & il Palatino, & ſi diſtendeva inſino a l'ultima parte dell' Eſquilie, cioè da la chieſa di S. *Giovanni & Paolo*, & andava quaſi inſino a *Termine*. Lo andito della quale era coſi grande, che vi ſtava un Coloſſo di rame di altezza di 120. piedi. Il portico era triplicato, & teneva un miglio per lunghezza, & *era circondata da un lago & di edificii* a guiſa di una città, nelli quali vi erano vigne paſcole & ſelve, & grande copia di animali domeſtichi e ſalvatichi, di ciaſcuna ſorte. Era la detta caſa tutta meſſa a oro, intarſiata con varie gemme & pietre pretioſe. I palchi delle ſale erano di avorio riccamente lavorati, & ſi volgevano di modo, che per certe cannelle, quando ſi cenava, ſpargevano fiori & pretioſi odori ſopra li convitati. La ſala principale era rotonda, & girava continuamente a guiſa della machina del mondo. Queſta caſa abbruſciò al tempo di *Trajano*, eſſendo in un ſubito appicciato il fuoco.

## CAP. XXXIII.

### *Delle altre caſe de' Cittadini.*

MIlle ſette cento e novanti ſette caſe di cittadini ſplendidiſſimi ornate furno in Roma. Ma le piu celebre furno :

1 Illum locum eſſe exiſtimo, qui hodie ita dicitur a thermis Diocletianis, quæ inter Viminalem & Quirinalem ſitæ longe ab extremis Eſquiliis eſſe non poterant. Toti vico, inquit *Nardinus*, ubi olim thermæ Diocletianæ, hodie *Termini* nomen eſt, quod à veteri *Thermarum* depravatum eſſe liquet. lib. 4. c. 7. 2 *Ita Suetonius* in vita *Neronis*. Quare *Pal*

Quella

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0058 © Universitätsbibliothek Heidelberg gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

*Caracalla*, thermis ſuis proximum, marmore pretioſiſſimo & columnis ingentibus ſuperbum.

*Decius* ſuum habuit in Viminali monte, ubi hodie Ædes S. *Laurentii in Paniſperna.*

Suum *Conſtantinus Magnus*, ubi nunc Eccleſia S. *Joannis Lateranenſis.*

Plurima erant aliorum palatia, magnifice ornata, quæ ex brevitate præterimus.

## CAP. XXXII.

### *De Domo Aurea Neronis.*

NEro domum ædificavit, quæ inter Cælium montem & Palatinum incipiens, uſque ad extremas Eſquilias producebatur, omne ſc. id ſpatium complexa, quod hodie ab Æde SS. *Joannis & Pauli* ad illum fere locum extenditur, qui jam vulgo dicitur [1] *Termine.* Veſtibulum ejus adeo laxum erat, ut in eo ſtaret Coloſſus ex ære centum & viginti pedes altus. Porticus erat mille paſſuum, cum triplici columnarum ordine. [2] *Item ſtagnum circumſeptum ædificiis* ad urbis ſpeciem. In his vineta paſcua & ſylvæ longe patebant, cum ingenti multitudine, omnis quidem generis, pecudum & ferarum. Domus tota auro erat illita, gemmis & lapidibus pretioſis diſtincta. Cænationum laquearia erant ex ebore, mire cælata; etiam verſatilia, ut inter cænam flores & unguenta per fiſtulas in convivas effunderent. Præcipua cænationum rotunda, perpetuo motu, mundi ad inſtar, erat circumacta. Tota hæc domus repentino incendio ſub [3] *Trajano* conflagravit.

## CAP. XXXIII.

### *De aliis domibus Civium.*

MIlle ſeptingentæ & nonaginta ſeptem in Urbe erant nobiliorum civium domus ornatiſſimæ. Celeberrimæ fuerunt:

*ladium* ſcripſiſſe putarem. *Et era un lago circondato da edificii.* 3 Ita *Eutropius* in vita *Trajani.* Sed dirutam hanc domum Amphitheatro & Thermis Titi aliiſque ædificiis extruendis locum dediſſe docet *Martialis* Ep. 2. *Spect. Hic ubi ſidereus*, &c.

Domus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0059
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

Quella di *Romolo,* che fu nel Palatino ſenza colonne & marmi, & è ſtata molti ſecoli in piedi, perchioche gli havevano deputati huomini ſopra a racconciarla quando ne cadeva qualche parte, ma non potevano gia aggiungerle coſa alcuna di nuovo.

Quella di *Scipione Africano* fu appreſſo la chieſa di S. *Giorgio.*

Quelle della famiglia *Flavia* & *Cornelia,* & di *Pomponio* anco erano nel Quirinale ſuperbiſſimamente edificate.

Quelle di *M. Craſſo* di *Q. Catullo* & *Anguilio* erano nel Viminale ornate di varii marmi & di belliſſime colonne, le ruine delle quali ſi vedono ancora nelle vigne vicine a S. *Suſanna.* Et *Craſſo* fu il primo che hebbe in Roma nella ſua caſa colonne foraſtiere.

Quella di *Scauro* era appreſſo all' arco del Tito nella ſchiena del Palatino, nella loggia della quale vi erano colonne di marmi alte 24. piedi.

Quella di *Mamurra* era nel monte Celio, & fu il primo che incroſtaſſe in Roma di marmi tutta la ſua caſa.

Quella di *Gordiano* Imperatore era vicino alla chieſa di S. *Euſebio,* ornata di ducento ſuperbiſſime colonne.

Quella di *Catilina, di Catullo,* & *Cicerone* furono nel Palatino.

Quella di *Virgilio* nel *Eſquilie,* & quella di *Ovidio* era vicina alla *Conſolatione.*

Et *P. Clodio* compro la ſua caſa per 46. *mila* ſeſtertii.

## C A P. XXXIV.

## *Delle Curie.*

TRentacinque furono le Curie in Roma, & erano di due maniere. Una dove li Sacerdoti procuravano le coſe ſacre, l'altra dove li Senatori trattavano le coſe publiche. Et le piu celebre furono:

La *Curia Vecchia,* & era dove hora è la chieſa di S. *Pietro in Vincola,* & in quella ſi prendevano li Augurii.

1 Hujus domus in Palatino erat teſte *Plin.* lib. 17. c. 1. quod & infra, corrupte licet, mox dicitur. 2 *Multo vero pulcherrima conſenſu omnium ætate ea in colle Viminali* C. Aquilii *equitis Romani, clarioris illa etiam quam juris civilis ſcientia. Plin.* lib. 17. cap. 1. 3 Non *Marcus,* ſed *Licinius* Craſ-

Le

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0060
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

Domus *Romuli*, quæ in Palatino erat nec columnis nec marmore adornata. In multa vero ſæcula duravit, quippe quæ Ædiles ſibi deſtinatos habuit, qui eam quavis parte lapſam continuo reficerent, ita tamen ut novi nihil adjicerent.

Domus *Scipionis Africani* ſtabat juxta Eccleſiam S. *Georgii*.

*Flaviæ* gentis & *Corneliæ*, necnon *Pomponii Attici* domus in Quirinali monte magnifice extructæ.

Ædes *M. Craſſi*, [1] *Q. Catuli* & [2] *C. Aquilii* in Viminali, vario marmoris genere & columnis venuſtiſſimis ornatæ. Harum ruinæ extant in hortis S. *Suſannæ* proximis. [3] *Craſſus* primus omnium Romæ peregrini marmoris columnas in domo ſua habuit.

Domus *Scauri* erat juxta arcum Titi in dorſo Palatini. In cujus atrio ſtabant columnæ marmoreæ [4] *duodequadragenûm* pedum.

*Mamurra* parietes totius domûs, quam in Cælio monte habuit, cruſta marmoris primus omnium Romæ operuit.

*Gordiani* Imperatoris domus juxta illum locum erat, ubi nunc Ædes S. *Euſebii*, ducentis magnificis columnis ſuperba.

Domus *Catilinæ*, *Q. Catuli*, *Ciceronis* in Palatino fuerunt.

*Virgilii* domus in *Eſquiliis*, *Ovidii* illi loco vicina in quo nunc Ædes [5] *Conſolationis*.

Et *P. Clodius* ſeſtertiûm [6] *centies & quadragies octies* domo empta habitavit.

## CAP. XXXIV.
### *De Curiis.*

TRigintaquinque in Urbe erant Curiæ, duplicis quidem generis. In alteris Sacerdotes res ſacras curabant, in alteris Senatus publicas. Præcipuæ fuerunt:

*Curia Vetus*, ubi hodie Ædes [7] S. *Petri in Vincula*. In hac Auguria captabantur.

ſus, Orator, qui in Palatino domum habuit, de qua *Plin.* lib. 17. c. 1. & 36. cap. 3. 4 *Plin.* lib. 36. cap. 2. 5 Juxta Capitolium. 6 *Plin*, lib. 36. c. 15. 7 Hanc Curiam non in *Eſquiliis* ſed *Palatino* fuiſſe ex *Tacito*, Ann. lib. 12. c. 24. oſtendunt *Nard.* & *Borr.* c. 5.

Le *Hoſtilie* furono due, & una era vicino al Foro, l'altra dove è il monaſterio di S. *Giovanni & Paolo.*

La *Calabra* era in Campidoglio, dove ſon hora le Saline & prigioni, & ivi il Pontifice minore faceva intendere al Popolo quali foſſero li giorni feſtivi.

La *Pompejana* fu in Campo di *Fiore* dietro al palazzo de gli *Orſini*, & perche ivi fu ammazzato Ceſare, fu *rouinata*, ne mai piu fu refatta.

## C A P. XXXV.

### *De' Senatuli, & che coſa erano.*

TRE furono li Senatuli, & erano luoghi dove ſi congregavano li Senatori per fare qualche deliberatione.

Uno era nel Tempio della Concordia, l'altro alla Porta di S. *Sebaſtiano.* Et il terzo nel tempio di Bellona, dove recevano li ambaſciatori delle provinciè nemiche, alli quali non era permiſſo entrare nella Citta.

## C A P. XXXVI.

### *De' Magiſtrati.*

ROma hebbe principalmente *ſette Re*, dopo governorno li *Conſòli*, li quali havevano la poteſtà regale, ma non ſtavano nel Magiſtrato ſe non uno anno.

Il *Pretore Urbano* era il conſervatore delle leggi, & giudicava nel coſe private. Il *Pretore Peregrino* giudicava delle coſe de' foraſtieri.

Li *Tribuni della plebe*, li quali erano quattordici, havevano authorita di impedire li decreti del Senato, de' Conſoli, ò di altro Magiſtrato, & un ſolo Tribuno poteva fare imprigionare un Conſole.

Li *Queſtori Urbani* havevano cura delli danari dell' Erario & di leggere lettere nel Senato.

Li *Edili* havevano cura della Citta, delle graſcie, de' giuochi ſolenni & publichi, & erano di due maniere *Curuli* & *Plebei.*

1 Ita *Fulvius.* Exuſtam eam à populo dicit *Appianus* lib. 2. *Bell. Civ.* Sed ſtatuam Pompeii inde tranſlatam ab *Auguſto* fuiſſe docet *Suet.* cap. 30. *vit. Aug.* quare hujus potior videtur ſententia, qui

Li

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0062
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

*Hoſtiliæ* duæ erant; Altera Foro vicina; Altera, ubi hodie Cœnobium SS. *Joannis & Pauli.*

*Calabra* erat in Capitolio, ubi hodie Salinæ & Carceres. Ex hâc Pontifex minor ferias ad populum promulgabat.

*Pompeiana* erat in campo *Floræ*, à dorſo Palatii *Urſinorum*. Hæc, occiſo in ea Cæſare, [1] *diruta* eſt, nec deinde reſtituta.

## CAP. XXXV.

### *De Senaculis, & cui uſui inſervierint.*

TRia erant Senacula, in quibus Senatus conveniret, de re aliqua deliberaturus.

Unum erat in Templo Concordiæ. Alterum ad portam S. *Sebaſtiani.* Tertium in Templo Bellonæ, in quo hoſtium legatis, quos in urbem non admiſerunt, Senatus dabatur.

## CAP. XXXVI.

### *De Magiſtratibus.*

URbs Roma à principio *ſeptem Reges* habuit. Hos ſequuti ſunt *Conſules*, pari imperio, niſi quod eſſet annuum.

*Prætor Urbanus* legum erat cuſtos; privatas Civium cauſas cognoſcebat: Ut Exterorum ille, qui *Prætor Peregrinus* dictus eſt.

*Tribuni plebis*, quatuordecim numero, Senatûs, Conſulum, aut cujuſvis Magiſtratus decretis interdicere valuerunt. Conſulem in carcerem mandare ſingulis licuit.

*Quæſtores Urbani* Ærarii pecuniam adminiſtrabant, publicas in Senatu literas recitarunt.

*Ædiles* Urbis, alimentorum, ludorumque ſolennium & publicorum curatores erant; duplicis quidem generis, *Curules* & *Plebei.*

de hac Curia, in vitâ *Cæſaris* dicit. *Curiam, in qua occiſus eſt*, obſtrui *placuit.* cap. 88. vid. *Nard.* lib. 6. cap. 3.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0063
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

Li *Cenſori* erano duoi, e durava detto Magiſtrato anni cinque, tenevano conto del popolo & del ſue havere, & di dividerlo nelle ſue Tribu, havevano cura di Tempii, & dell' entrate del commune, correggevano i coſtumi della citta, & caſtigavano vitii.

I *Triumviri* erano di tre maniere, Criminali, Menſali, & Notturni. I *Criminali* havevano cura delle prigioni, & ſenza di loro non ſi punivano li malfattori. I *Menſali* erano ſopra li Banchieri; & ſopra quelli, che battevano le monete. I *Notturni* havevano cura delle guardie notturne della citta, & principalmente del fuoco.

I *Prefetti* erano di quattro maniere. L' Urbano, quello dell' Annona, il Vigile, & il Pretorio. L' *Urbano* haveva autorita di rendere ragione in luogo di quel magiſtrato, che per qualche occorrenza ſi foſſe partito della citta. Il *Vigile* era ſopra l'incendiarii, rompitori di porte, ladri & ricettatori di malfattori. Il *Pretore* haveva piena autorita di correggere la publica diſciplina, & le ſue ſententie erano inappellabile.

Vi erano ancora delli altri magiſtrati come i *Centumviri*, & altri, li quali laſcio da parte per brevita. Et li creavano nel primo giorno di Genaro, o di Marzo, o di Settembre.

## CAP. XXXVII.

### *De i Comitii.*

MOlti furono i Comitii, & erano luoghi ſcoperti, dove ſi ragunava il Popolo & i Cavallieri per rendere i partiti nella creatione de i Magiſtrati.

Et l' *Univerſale* era vicino al foro Romano dove è hora la chieſa di S. *Theodoro.*

Et li *Setti* erano vicini a monte Citorio dove e hora la colonna *Antoniana.*

## CAP. XXXVIII.

### *Delle Tribu.*

TRentacinque furono le Tribu di Roma.

La Tatienſe, la *Raneſe*, la Lucera, la Suburrana, la

1 in *Septis* Magiſtratus creabant; in Comitio, juxta Forum, ad ſanciendas leges, legendos ſacerdotes, & lites decidendas conveniebant. *Nard. lib.* 5. c. 3. *Borr.* c. 10. 2 Harum nomina, quæ apud noſtrum, typographi certe incuria, corruptiſſiinè recenſentur, *Manutius in Epiſtolas Famil. Ciceronis* lib. 8. Ep. 8. accurate in hunc modum collegit. *Æmilia*,

Palatina,

*Cenſores* duo erant, in quinquennium creati, qui populi numerum & facultates cenſerent, ipſum in proprias tribus dividerent. Iidem Templa, & publicos reditus curabant; mores urbis emendabant, vitia caſtigabant.

*Triumviri* triplicis erant generis; Criminales, Menſarii, & Nocturni. *Criminales* erant, quibus carcerum cuſtodia erat commiſſa; & qui reorum ſuppliciis intereſſe deberent. *Menſarii* Nummulariis & cuſoribus; *Nocturni* nocturnis excubiis præerant, incendiis præcipue arcendis.

*Præfecti* quatuor erant. Præfectus Urbanus, Annonæ, Vigilum, & Prætorius. *Urbanus* cujuſvis Magiſtratus, quem urbe neceſſitas quælibet avocarat, munus ſuſcepit. Præfectus *Vigilum* in incendiarios, effractores, latrones, eorumque receptores conſtitutus eſt. *Prætorius* publicæ diſciplinæ corrigendæ ſumma cum authoritate præpoſitus eſt. Ab hujus ſententia provocandi locus non erat.

Plures præterea erant magiſtratus, quales *Centumviri*, aliique, quos præterire hic neceſſe eſt. Omnes hi Magiſtratus Kalendis Januarii, Martii, vel Septembris creati ſunt.

## CAP. XXXVII.

### *De Comitiis.*

Comitia erant plurima; loca ſine tecto nuda, in quibus equites cum Populo coirent ad [1] Magiſtratus ſuffragiis eligendos.

*Comitium Univerſale* vicinum erat Foro Romano ubi hodie Ædes S. *Theodori*.

*Septa* erant juxta montem Citorium, ubi hodie conſpicitur columna *Antoniniana*.

## CAP. XXXVIII.

### *De Tribubus.*

[2] Tribus Romæ erant triginta quinque.
Tatienſis, *Ramnenſis*, Luceris, Suburrana, Palatina,

*Anienſis, Arnienſis, Claudia, Clauſtumina, Collina, Cornelia, Eſquilina, Fabia, Falerina, Galeria, Horatia, Lemonia, Mæcia, Mentina, Ufentina, Palatina, Papiria, Poblilia, Pollia, Pomtina, Pupina, Quirina, Romilia, Sabatina, Scaptia, Sergia, Stellatina, Suburana, Terentina, Tromentina, Veientana, Velina, Veturia, Voltina.*

Eſqui-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0065
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

Palatina, l'Eſquilina, la Collina, la Claudia, *Cruſtannia*, Lemonia, la Metia, l'*Uffenteia*, la *Papinia*, la Popilia, la Romulia, la *Scapia*, la Sabatina, *Tormentina*, la Stellatina, l'*Armenſe*, la *Pontia*, la *Publia*, la *Mutia*, la *Scatia*, l'Anienſis, la Terentina, la Sergia, la Quirina, la *Trinitica*, la *Volitiana*, la *Valentiniana*, la *Fabiana*, la *Scapienſis*, la *Voltinea*, & la Narnienſis.

## CAP. XXXIX.

### *Delle Regioni, cioè Rioni, & ſue inſegne.*

ROma anticamente hebbe quattordici Rioni, ma hoggidi non ſono piu che *tredici*.

Quella de' *Monti*, la quale ha per inſegna tre monti: *Colonna* ha una colonna. *Treio* fà tre ſpade. S. *Euſtachio* fà un Salvatore in mezzo a duoi corna. *Ponte* fà un ponte. la *Regola* fà un Cervo. *Ripa* fa una ruota. *Traſtevere* una teſta di leone. *Campidoglio* una teſta di dragone. *Parione* ha un Grifone. *Pigna* una pigna. *Campo Marzo* la Luna. Et S. *Angelo* un Angelo.

## CAP. XL.

### *Delle Baſiliche.*

DOdici furono le Baſiliche in Roma, & erano luoghi, dove litigavano li Romani, erano ornate di ſtatue & di belle colonne, con duoi ordini di porticali. Le principale erano la Paula, l'Argentaria, & l'Aleſſandrina.

## CAP. XLI.

### *Del Campidoglio.*

TArquinio Superbo, della preda di *Domitia*, citta di Latini, comincio il Campidoglio, coſi detto da un *corpo* humano, che vi fu ritrovato nel fare di fundamenti. Et M. Horatio Pulvillo eſſendo Conſole lo *fini*. Et Catulo lo dedicò a Giove Capitolino, & lo copri di tegole di bronzo dorate. Et alla ſalita di quello verſo il Foro vi erano cento gradi.

1 *Palladii* temporibus *Burgus* S. *Petri*, qui hodie decimam quartam facit, regionibus non accenſebatur. 2 *Liv.* lib. 1. cap. 55. *Tacit.* Hiſt.

Vi

Eſquilina, Collina, Claudia, *Clauſtumina*, Lemonia, Metia, *Ufentina*, *Papiria*, Popilia, Romulia, *Scaptia*, Sabatina, *Tromentina*, Stellatina, *Arnienſis*, *Pontina*, *Publicia*, *Mutia*, *Scatia*, Anienſis, Terentina, Sergia, Quirina, *Trinitica*, *Volitina*, *Valentiniana*, *Fabia*, *Scapienſis*, *Velina*, & Narnienſis.

## CAP. XXXIX.

### *De Regionibus, & earum inſignibus.*

ROma antiqua in quatuordecim regiones fuit diviſa. Hodie [1] *tredecim* regiones omnino ſunt:

Regio *Montium*, quæ pro inſigni habet tres montes:

Regio *Columnæ* pro inſigni habet columnam. *Trivii* tres enſes. S. *Euſtachii* effigiem Salvatoris Noſtri inter *cervi* cornua. *Pontis* pontem. *Regulæ* cervum. *Ripæ* rotam. *Tranſtiberina* caput leonis. *Capitolii* caput draconis. *Parionis* Gryphem. *Pineæ* nucem pineam. *Campi Martii* Lunam. S. *Angeli* Angelum.

## CAP. XL.

### *De Baſilicis.*

DUodecim in urbe erant Baſilicæ, in quibus Romani cauſas agerent. Ornatæ erant ſtatuis, columnis pulcherrimis, & porticibus cum duplici columnarum ordine. Viſendæ fuerunt, Paula, Argentaria, & Alexandrina.

## CAP. XLI.

### *De Capitolio.*

CApitolium ex [2] *Pometiæ*, Latinorum urbis, manubiis Tarquinius Superbus inſtituit; ita dictum à *capite* humano, quod illic in fundamentis aperiendis inventum eſt. [3] *Abſolvit* M. Horatius Pulvillus Conſul. Quintus Catulus Jovi Capitolino [4] dedicavit, & tegulis ex ære inauratis texit. Clivus ejus, qui Forum ſpectat, centum gradibus aſcendebatur.

lib. 3. cap. 72. 3 Vide *Livium* lib. 2. cap. 8. 4 A Sulla refectum.

In

Vi erano ancora ſtatue d'oro, d'argento; vaſi d'oro d'argento & di chriſtallo di valuta ineſtimabile; tre mila tavole di bronzo, nelle quali vi erano ſcolpite le leggi. Abbruſcio *quattro* volte. La prima quattro cento & quindici anni della ſua edificatione. La ſeconda al tempo di Silla, & fu rifatto da Veſpaſiano. La terza al tempo di Domitiano, & lo rifece più magnifico, che non era prima, & li coſtò piu di dodici milla talenti. La quarta al tempo di Commodo.

Et di tanti edificii, che vi erano, non ſi vede hoggidi in piedi, ſe non il Campidoglio, mezzo guaſto, reſtaurato da Bonifacio ottavo, & dato da lui per habitatione al Senatore. Et certo gli ornamenti che erano in quello ſuperavano gli miracoli de gli Egittii. Ma ſi come fu molto ornato, coſi hoggidi è ripieno di rouine, benche tutta via ſi vadi di nuovo riſtaurando. Et non ſi vede altro di coſe antiche, che la Lupa di rame, la quale era nel Comitio, & fu fatta dalle condennationi di certi uſurari, & è nel palazzo de i *Conſervatori.* Et ne l'anticamera vi è una ſtatua di bronzo dorata di Hercole che tiene nella deſtra la clava, & nella ſiniſtra un pomo d'oro. Queſta ſtatua fu ritrovata al tempo di Siſto IV. nelle rouine del tempo di Hercole che era nel foro Boario. Et nella camera dell' *Audientia* vi ſono due ſtatue di bronzo di due giovanni; uno de i quali ſta in piedi in habito di ſervo, & l'altro è ignudo, e pare un paſtore, & con un ago ſi cava dalla pianta del piede un ſtecco. Nel Cortile vi è il capo & piedi & altri fragmenti di quel Coloſſo, che era nella regione del tempio della Pace. Et nella facciata appreſſo la ſcala vi ſono certi quadri di marmo, ne i quali vi è ſcolpito il trionfo di M. Aurelio, quando trionfo della Dacia. Et nel Cortile vi ſono con bello ornamento collocati molti marmi antichi, novamente ritrovati nel foro ſotto l'arco di Settimio, dove

1 Quarti incendii, quod ſub Commodo accidiſſe hic dicitur, nulla, quam hactenus vidi, apud authores eſt memoria. Neque reliquorum tempora hic rite diſponuntur. Arſit Capitolium primo Sullæ temporibus, Scipione & Narbone Conſulibus, anno poſt conditum quadringenteſimo *viceſimo* quinto; reſtituit Sulla. Arſit iterum ſub Vitellio, reſtituit Veſpaſianus. Tertium arſit Tito Principe, reſtituit Domitianus. Authores, *Tacitus*, *Suetonius*, *Eutropius*. 2 Hodie vero ſe iterum magnifice attollit. Vide *Crylii* tabulam ſeptimam, & *Donatum* lib. 4. c. 11. 3 Hujus meminit *Livius* lib. 10. c. 24. *Ædiles Curules*

ſono

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0068
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

In hoc Templo ſtatuæ erant aureæ & argenteæ; vaſa aurea, argentea, cryſtallina, pretii inæſtimabilis; tria tabularum millia ex ære, in quibus Leges erant inciſæ. [1] *Quatuor* incendiis deflagravit. Primùm arſit anno poſt conditum quadringenteſimo decimo quinto. Secundò Sullæ temporibus; inſtauravit Veſpaſianus. Arſit iterum ſub Domitiano, qui magnificentius quam unquam excitavit; cujus inſtaurationis ſumptus duodecim millia talentorum exceſſiſſe dicitur. Quartò demum ſub Commodo conflagravit.

Ex tanta ædificiorum mole, quantam olim hic ſtetiſſe conſtat, nihil hodie præter ipſum Capitolium ſupereſt, id quoque ſemiobrutum. refecit quidem Bonifacius octavus, & Senatoribus habitandum dedit. Antiqua hujuſce ſedis ornamenta ipſa Ægyptiorum miracula certo ſuperarunt. Sed ut olim magnifice floruit, ita [2] nunc deformis jacet, &, quæcunque ad eam reſtituendam cura admoveatur, ruinarum plena. Inter paucas, quæ hic viſendæ ſunt, antiquitatis reliquias, eſt [3] Lupa ænea, quæ ex mulctatis fœneratorum bonis facta, olim in Comitio erat, hodie in Ædibus *Conſervatorum*. In ejuſdem palatii antecamera ſtatua ex ære inaurata Herculis locatur, dextra clavam, ſiniſtra pomum aureum tenentis. Hæc ſtatua Siſti IV. temporibus reperta eſt, inter ruinas Templi Herculis, quod ſtabat in foro Boario. In *Auditorio* duo Juvenum ſigna ænea conſpiciuntur; quorum alterum ſtat ſervi habitu; alterum nudum eſt, paſtoris, ut videtur, ſimulachrum, ſpinam è planta pedis ſtylo extrahentis. In atrio caput pedes & alia fragmenta ſunt Coloſſi, qui in regione Templi Pacis olim ſtabat. Ad frontem Ædium juxta ſcalas tabulæ quædam ſunt marmoreæ, quæ Dacicum M. Aurelii *Antonini* triumphum exprimunt. In atrio etiam plurima antiqua marmora pulcherrime ornata collocantur. Hæc in foro ſub arcu Septimii nuper inventa omnium Conſulum, Dictatorum,

*aliquot ſæneratoribus diem dixerunt, quorum bonis mulctatis, ex eo quod in publicum redactum eſt, ænea in Capitolio limina, — & ad ficum Ruminalem* (quæ in Comitio erat, Romulum & Remum infantes texiſſe dicta) *ſimulachra infantium Conditorum Urbis, ſub uberibus lupæ poſuerunt.* Credit *Nard.* lib. 5. c. 4. ſtatuam, quæ jam extat, eandem eſſe, quam olim in Capitolio fulmine tactam fuiſſe ſcribit *Tullius* Orat. 3. in *Catilin.* Addit inſuper, in illa lupa, quæ hodie in Capitolio viſitur, ſigna quædam quaſi fulminis agnoſci.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0069
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

ſono ſcolpite i nomi di tutti i Conſoli, Dittatori, & Cenſori Romani. La teſta grande di rame che è ſotto il portico, è di Commodo, & una mano, & un piede di detto Coloſſo. E di ſopra nella ſala, dove ſi tiene ragione, vi è quella di Paolo tertio & di Re Carlo che fu Senatore. Et quelle due ſtatue che ſono a pie delle ſcale del Senatore, rappreſentano il Tigre & il Nilo, fiumi di Egitto; & quelle otto colonne che ſi veggono verſo il Foro, erano nel portico del tempio della Concordia.

## CAP. XLII.

### *Dello Erario, cioè Camera del commune, & che moneta ſi ſpendeva in Roma in quei tempi.*

IL primo Erario, dove ſi conſervava il teſoro del Popolo Romano, fatto da Valerio Poblicola fu dove è hora la chieſa di S. *Salvatoris in Erario*, appreſſo la rupe Tarpea, verſo piazza *Montanara*. Del quale Giulio Ceſare, ſpezzate le porte, cavo 4135. libre di oro novecento mila d'argento, in luogo di quello vi poſe tanto rame dorato. Et ſette anni avanti la guerra Carthaginenſe, nel conſolato di Seſto Giulio & di L. Aurelio, vi erano 726. *libre di oro, novantadue mila di argento, & fuori del conto* 575. *mila.*

Il ſecondo fu poi dove è hora la chieſa di Santo *Adriano.*

La prima moneta che fu ſpeſa in Roma era di rame ſenza ſegno alcuno. Servio Tullo fu il primo che la ſegnaſſe, & la ſegno con l'effigie della pecora, & di qui poi detta *Pecunia.* Et nel conſolato di Q. Fabio 185. anni da Roma edificata, fu zeccato l'argento con le carrette da due ruote, & dall altra una *proda* di nave. Fu zeccato ſeſſantadue anni dopo l'oro. Et il primo che ritrovaſſe la moneta di rame fu Saturno.

1 Narrant hanc hiſtoriam *Plutarchus, Appianus, Florus.* quantum vero de ærario Cæſar abſtulerit, non docent. *Budæus* lib. 2. de *Aſſe* ex *Oroſio* hæc profert verba. *Cæſar Romam venit, negatamque ſibi ex ærario pecuniam, fractis foribus, invaſit, protulitque ex eo auri pondera* IIII. M. CXXXV, argenti pondera prope DCCCC. *Plinius* lib. 33. c. 3. ſummam multo majorem tradit. *C. Cæſar primo introitu urbis in civili bello ſuo ex ærario protulit laterum aureorum* XXV. M. *argenteorum.* XXXV. *& in numerato* II. S. CCCC. 2 Ita nonnullæ *Plinii* habent editiones lib. 33. c. 3. in accuratiſſima vero Pariſienſi, & apud *Budæum* lib. 2. hic locus ita legitur. *Auri pondo* XVI. DCCCX. *argenti* XXII. LXX. *& in numerato* LXII. LXXXV.CCCC.

CAP.

& Cenſorum Romanorum nomina inciſa continent. Ingens illud caput æneum, quod in porticu jacet, eſt Commodi Imperatoris, ubi & manus altera & pes ejuſdem Coloſſi conſpicitur. Superiùs in Curia Juſtitiæ ſtatuæ conſpiciuntur Pauli tertii & Caroli Regis, qui Patritius Romanus fuit. Duo quæ infra ſcalas domus Senatoriæ jacent ſimulachra, Tigrin & Nilum referunt, *Armeniæ* & Ægypti flumina. Octo illæ columnæ quæ Forum ſpectant, olim porticus erant Templi Concordiæ.

## CAP. XLII.

### *De Ærario, & qua moneta olim uſi ſunt Romani.*

ÆRarium, in quo Populi Romani opes reponerentur, primum Valerius Publicola conſtituit,ubi nunc Ædes S. *Salvatoris in Ærario*, rupi Tarpeiæ vicinum, verſus porticum *Montanarim.* [1] De hoc ærario, ruptis foribus, Julius Cæſar quatuor millia centum & triginta quinque auri pondo abſtulit, argenti nongenta millia, tantundem inaurati æris reponens. Septem annis ante bellum Punicum *tertium*, Sexto Julio & L. Aurelio Coſſ. auri in ærario erant pondo [2] *ſeptingenta viginti ſex, argenti nonaginta duo millia, & extra numerum 375. millia.*

Secundum ærarium erat ubi hodie Ædes S. *Adriani.*

Prima in Urbe moneta ænea erat, non ſignata. Servius Tullius primus pecudis notâ æs ſignavit, unde *Pecunia* dicitur. Anno Urbis conditæ 485. [3] *Q.* Fabio Conſule, argentum percuſſum eſt, cujus nota ex altera parte bigæ fuere, ex altera [4] *roſtrum* navis. Sexaginta duobus annis interpoſitis aureus nummus percuſſus eſt. Æneam monetam Saturnus inveniſſe dicitur.

Hoc eſt, ut exponit *Harduinus*, Auri infecti pondo ſedecim millia, octingenta decem, quæ noſtræ Anglicanæ monetæ efficiunt 806880*l.* Argenti viginti duo millia & ſeptuaginta, noſtratis monetæ 61796. & in numerata ſignataque pecunia, ſexagies bis centena octoginta quinque millia & 400. noſtratis monetæ 52378. 3 *Plin.* loco citatō. probatiſſimi vero codices habent *Q. Ogulnio, & C. Fabio Coſ.* 4 Æris hanc notam fuiſſe ſcribit *Plinius*, non argenti. *Nota æris fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera roſtrum navis. — Nota argenti bigæ fuere atque quadrigæ Plin.* loco citato.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0071
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

## C A P. XLIII.

### *Del Gregoſtaſi.*

IL Gregoſtaſi era luogo dove — venivano a Roma, & era in quel cantone del Palatino, dove ſi vedono quelle rouine ſopra S. *Maria Liberatrice.*

## C A P. XLIV.

### *Della Secretaria del Popolo Romano.*

APpreſſo la ſtatua di Marforio era la Secretaria del Popolo Romano, & fu rifatto al tempo di Honorio & Theodoſio Imperatore, che caſualmente dal fuoco fu conſumata.

## C A P. XLV.

### *Dell' Aſilo.*

NElla piazza del Campidoglio, dove hora ſi vede il cavallo di Antonino, vi era un luogo detto *Aſilo*, il quale fu fatto da Romolo, per dar concorſo alla ſua nuova citta, con authorita & franchiglia che qualcunque perſona, ſi ſervo, come libero, tanto terrezzano, come foraſtiero, foſſe libero. Ceſare Auguſto lo guaſto, parondogli, che & non ſerviſſe ad altro che dar occaſione alle genti di malfare.

## C A P. XLVI.

### *Delle Roſtre.*

ROſtra era un Tribunale che ſtava nel foro Romano ornato di metallo, dove ſi rendeva ragioni, & vi ſi publicavano leggi, & ancora vi ſi recitavano le orationi al Popolo. Avanti a queſto Tribunale vi erano infinite ſtatue de gli uccisi, & vinti, per cercare grandezza nella Republica.

1 Verba deſunt nonnulla in *Palladii* textu, quem ita ſupplet editio *Proſperi Pariſii.* —— *Si alloggiavano li Ambaſciatori, che* —— A

CAP.

## C A P. XLIII.

### *De Græcoſtaſi.*

GRæcoſtaſis locus erat, in quo [1] *nationum legati commorentur* Romam miſſi. Situs erat in illo Palatini montis angulo, ubi hodie ruinæ extant nonnullæ ſupra S. *Mariam Liberatricem.*

## C A P. XLIV.

### *De Secretario Populi Romani.*

NON longe a ſtatua Marforii olim erat Secretarium Populi Romani; quod igne fortuito abſumptum, ſub Honorio & Theodoſio Imp. reſtitutum eſt.

## C A P. XLV.

### *De Aſylo.*

IN area Capitolii, ubi nunc equeſtris Antonini ſtatua conſpicitur, locus erat *Aſylum* dictus. Hunc Romulus aperuit, quò novam ſuam urbem brevi frequentiorem redderet; id enim loci jus erat & immunitas, ut quicunque huc perfugeret, advena vel indigena, liber vel ſervus, continuo ſui juris eſſet. Hanc licentiam abolevit Auguſtus, nunquam defutura ratus flagitia, dum locus ſtaret, qui commiſſa protegeret.

## C A P. XLVI.

### *De Roſtris.*

ROſtra erant Tribunal in Foro Romano [2] metallo adornatum. Hinc jus dici, leges promulgari, & conciones ad populum haberi ſolebant. Stabant pro hoc tribunali, ad augendam Reipublicæ majeſtatem, innumeræ hoſtium illorum ſtatuæ, quos occiderat Populus Romanus, vel ſuperaverat.

1 Græcis hic locus nomen obtinuit, licet aliis pateret. 2 E roſtris ſc. navium Antiatium, unde ſuggeſtus ille nomen obtinuit.

## C A P. XLVII.
### *Del Tempio di Carmenta.*

NElle radici del Campidoglio, dove è la chieſa di S. *Catharina*, hora *guaſto*, vi era il tempio di Carmenta madre di Evandro, fatto dalle donne Romane in ſue honore, perche le concedette, che poteſſero andare in carretta, che dal Senato l'uſo di eſſe le havevano gran tempo interdetto.

## C A P. XLVIII.
### *Della Colonna detta Miliario, della Colonna Bellica, & Colonna Lattaria.*

DIrimpetto al arco di Settimio nel foro Romano vi era una colonna detta da gli antichi *Miliario aureo*, dove per eſſa ſi ſapeva riaſcire alle porte della citta & pigliare ogni viaggio, dove la perſona voleva andare.

Sotto al Campidoglio vicina a piazza *Montanaria* vi era il tempio di Bellona, nel quale avanti la porta era poſta una colonna chiamata da gli antichi *Bellica*, coſi detta perche da lei lanciavano un dardo verſo la contrada di quelli a quali volevano mover la guerra; perche eſſendo l'imperio Romano tanto creſciuto, troppo fatigoſo ſarebbe ſtato l'andar ne' confini di coloro contra i quali ſi haveva a mover guerra.

Nel foro Olitorio, hora detto piazza *Montanara*, vi era una colonna chiamata *Lattaria*, alla quale ſecretamente ſi portavano i fanciulli de i parti nati di furto, li quali trovati ſi portavano poi a nutrire ne luoghi ordinati dal publico.

## C A P. XLIX.
### *Del Equimelio.*

VIcino alla chieſa di *S.Giorgio* era un luogo detto *Equimelio* da *M. Equimelio*, il quale per eſſerſi voluto impatronire di Roma fu morto, & confiſcati al publico i ſuoi bini, i *Cenſori* volſero che la ſua caſa foſſe gittata per terra, e per memoria fattone una piazza la quale nome di Melio (come habbiamo detto) fu chiamato *Equimelio*.

1 Ita *Marlian.* lib. 3. cap. 12. quare in Palladii textu ſcribendum eſt



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0074
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

## CAP. XLVII.

### *De Templo Carmentæ.*

AD radices Capitolii, ubi [1] *reliquiæ* ſunt Ædis *Catharinæ*, Templum erat Carmentæ, matris Evandri, quod in ejus honorem Matronæ Romanæ poſuerunt, cum carpenta, quibus diu Senatuſconſulto privatæ fuerant, ipſis eſſent reſtituta.

## CAP. XLVIII.

### *De Columna Milliaria, Bellica, & Lactaria.*

E Regione arcus Septimii, in foro Romano columna ſtabat *Milliarium aureum* dicta. Unde principium itineris ad omnes portas, & omne iter, quocunque tenderent, viatores caperent.

Sub Capitolio, juxta aream *Montanariam*, erat Bellonæ Templum; ante cujus veſtibulum columna erat, *Bellica* appellata. Bellum enim Romani moventes haſtam ab hac columna verſus hoſtilem regionem mittebant; quòd, imperio late extenſo, grave admodum videbatur ad hoſtium fines nuntios præmittere, qui bellum iis indicerent.

In foro Olitorio, hodie area *Montanaria*, columna erat dicta *Lactaria*; quò infantes, furtivo partu editi, clam deferebantur; qui illic mox inventi publicis nutricibus alendi committebantur.

## CAP. XLIX.

### *De Æquimelio.*

VIcinus Eccleſiæ S. *Georgii* locus olim erat, à [2] *Sp. Melio Æquimelius* appellatus. Is enim reus affectati regni occiſus eſt, bona ejus publicata ſunt; domus, juſſu [3] *Dictatoris* diruta, ut facti monumento eſſet, in aream converſa eſt; quæ nomen, ut modo diximus, à Melio ſumens, *Æquimelium* dicta eſt.

*guaſta.* 2 *Livius* lib. 4. cap. 16. 3 Vide *Livium* loco citato.

CAP.

## CAP. L.

### *Del Campo Marzo, del Tigillio Sororio, & de'* Campi *Foraſtieri.*

IL Campo Marzo fu di Tarquinio Superbo, & dopo la ſua expulſione fu dedicato a Marte, & per ciò fu detto *Campo Martio*, & quivi faceva la raſſegna dell eſſercito, & altre coſe appartenente alla militia.

Appreſſo al Tempio della Pace, hoggi detto S. *Maria Nuova*, vi era un luogo fatto con due pareti di muro, l'una incontro all' altra, ſopra laquale ſi poſava un groſſo legno, qui ſotto paſſo l'un de' tre Horatii, che per haver uccíſa ſua ſorella, in ſegno di giuſtitia, purgo il ſuo peccato.

Dove hora è la chieſa di *Santi Quattro* ſtantiavano li Soldati dell' armata Romana, che era a Miſſeno, e de li furono chiamati *campi* Foraſtieri, & ancora detti *Peregrini.*

## CAP. LI.

### *Della Villa Publica, della Taberna meritoria, & del Vivario.*

LA Villa publica era un magnifico edificio, preſſo alle Sette di campo Marzo, dove ſi ricevevano gli ambaſciadori delle provincie nemiche del Popolo Romano, a quali non era permiſſa di alloggiar dentro alle mure della citta, & ivi del publico alloggiavangli, & gli davano a vivere.

Dove è la chieſa di S. *Maria in Traſtevere*, era una habitatione chiamata *Taberna Meritoria*, nella quale habitavano li Soldati vecchi & infirmi, che havevano ſervito al Popolo Romano, & erano governati del publico tutto il tempo della ſua vita. La quale buona opera di pieta il N. S. Gieſu Chriſto illuſtro con gran miſterio nel ſuo naſcimento, che per tutto un giorno & una notte da queſto luogo uſciva abbondantiſſimo fonte di oglio con rivo grandiſſimo, che corſe inſino al Tevere, ſignificando la gratia ſua ſopra noi venuta in terra.

Fra la porta di S. *Lorenzo* & S. *Agneſe* dietro alla *botte di Termine* haveano gli antichi Romani un luogo particolare dove tenevano rinchiuſe varie ſorte di animali, de i quali

1 Ita Donat. lib. 3. c. 13. *Nard.* l. 3. c. 7. & reliqui omnes. 2 In Cælio monte. *Miſenatium* caſtra in *Eſquiliis* collocat Victor. quare hæc *caſtra Peregrina* Peregrinos milites, in auxilium Romanorum ſtipendio

poi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0076 © Universitätsbibliothek Heidelberg gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

## CAP. L.

### *De Campo Martio, Tigillo ſororio, &* [1] Caſtris *Peregrinis.*

CAmpus Martius primò ager erat Tarquinii Superbi; quo pulſo, Marti conſecratus, *Martius* deinde *Campus* fuit. In eo exercitus recenſeri, aliaque quæ ad militiam ſpectant, fieri ſolebant.

Juxta Templum Pacis, hodie Ædem S. *Mariæ Novæ*, locus erat *Tigillum ſororium* dictus. Lignum erat tranſverſum, duobus parietibus oppoſitis innixum. Sub hoc, in juſtitiæ ſpeciem, tranſmiſſus eſt Horatius, cum à ſororis cæde ſe expiaret.

Ubi hodie [2] Ædes *Quatuor Sanctorum* milites Romanæ claſſis, quæ Miſeni erat collocata, ſtativa ſibi aſſignata habuerunt; unde hæc *caſtra Exterorum* vel *caſtra Peregrina* dicta ſunt.

## CAP. LI.

### *De Villa Publica, Taberna Meritoria, & Vivario.*

VIlla publica domus erat magnifica, juxta Septa Campi Martii; diverſorium hoſtium legatis, ut quibus muros urbis ingredi vetitum. Ubi iis locus & lautia de publico præbita.

Ubi hodie Ædes S. *Mariæ Tranſtiberinæ*, ſedes erat, *Taberna Meritoria* vocata, infirmis & emeritis militibus conceſſa, qui cum in Populi Romani caſtris militarint, hoc ſenectutis ſuæ perfugium de publico acceperunt. [3] Cujus operis pietas circa S. N. Jeſu Chriſti natalem inſigni miraculo erat nobilitata. Fertur enim olei fontem, tanquam divinæ gratiæ in terras deſcendentis indicem, largo per diem & noctem rivo uſque ad Tiberim hinc exundaſſe.

Inter portas S. *Laurentii* & S. *Agnetis*, à dorſo illius loci, qui jam vulgo [4] *botte di Termine*, ſive *Thermarum dolia* vocatur, locum veteres Romani muro cinxerunt, in quo beſtiæ, omne fere

conductos, habuiſſe cenſet *Nard.* lib. 3. c. 7. 3 Si verus *Euſeb.* lib. 1. Hiſt.

4 Locus eſt in thermis Diocletiani, ut teſtatur *Marlianus* lib. 4. c. 14.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0077
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

poi ſe ne ſervivano nelle caccie publiche, a dilettatione del Popolo.

## C A P. LII.

### *Delli Horti.*

HEbbero gli antichi Romani molti horti famoſi, ma per la brevita non diremo ſe non li principali, li horti di Saluſtio, & di Mecenate.

Quelli di *Saluſtio* erano nel monte Quirinale, appreſſo la chieſa di S. *Suſanna*, che pur hoggi ſi dice *Saluſtico.* Nel mezzo de quali vi è una Guglia diſteſa per terra, ſcolpita con lettere Egittiace. Vi era tale amenita che molti deſideravano laſciare il monte Palatino, per venire quivi ad habitare, in queſto luogo vi era caſa & la piazza del detto Saluſtio.

Quelli di *Mecenate* erano nel monte Eſquilino, vicino alla torre detta *Mecenate*, che prima vi era un campo, nel quale ſi ſolevan ſepelire li corpi morti, mettendo li in certi pozzi, li quali gli antichi chiamavano *Puticoli*, accioche ſi putrefaſſero, & queſta fu antichiſſima ſorte di ſepolture, poi fu introdutto l'uſo di abbruſciarli, il che ſi faceva nel medeſimo luogo, ma perche il fumo faceva danno & faſtidio al Senato & popolo Romano, Auguſto dono queſto campo a Mecenate, dove fece queſti horti, tanto da li autori nominati. Nella ſudetta torre ſtette Nerone a vedere bruſciare la citta, godendoſi dell' incendio di eſſa.

Il colle delli *horti* cominciava dalla porta del *Popolo*, e paſſava piu in oltre che la chieſa della *Trinita*, & fu chiamato coſi dalla pianura che gli è ſotto, la quale era fertiliſſima di hortaggi, ma hora vi ſono tanto caſamenti, che pare una nuova citta.

## C A P. LIII.

### *Del Velabro.*

FR A la chieſa di S. *Giorgio* & S. *Naſtaſia* & Schola Greca ſi faceva talhora per creſcimento del fiume una raccolta d'acqua, onde non ſi poteva paſſare ſenza barca, & chi voleva

1 Suo etiam tempore *Donatus Salluſtiam* appellari teſtatur lib. 1. c. 17. 2 Qui hodie in hortis *Ludoviſiis* conſpicitur. 3 De ipſis Cæda

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0078
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

genus, in venationes publicas, & populi delectationem conſervarentur.

## CAP. LII.

### *De Hortis.*

PLurimi apud veteres Romanos horti fuerunt, eximia amænitate inſignes. Hîc vero duos illos celeberrimos memorare ſufficiet, Hortos Salluſtii & Mæcenatis.

Horti *Salluſtii* erant in monte Quirinali, juxta Ædem S. *Suſannæ*, qui locus etiamnum [1] *Salluſticus* dicitur. In medio [2] Obeliſcus humi jacet literis Hieroglyphicis notatus. Tanta horum erat amænitas, ut [3] plurimi, relicto Palatino monte, in his hortis habitarent. In iis domus & porticus ejuſdem Salluſtii fuit.

Horti *Mæcenatis* in Eſquiliis, juxta turrim *Mæcenatis* ſiti. Primò cadaveribus ſepeliendis ager hic erat deſtinatus; ea in puteos projecerunt, quos *Puticulos* nominabant, quod in iis cadavera puteſcerent: hoc antiquiſſimum erat ſepulturæ genus. Quinetiam cum, novo inducto more, cremarentur corpora, locus ille huic etiam uſui inſerviebat. Quod vero fumus è rogis aëri noceret, & populo faſtidium moveret, campum hunc Auguſtus Mæcenati dedit, in quo hortos ille fecit, toties à ſcriptoribus celebratos. Ex prædicta turre Nero ardentem Romam, incendio lætus, ſpectavit.

Collis *Hortulorum* ad portam *Populi* incipiens ultra Ecclesiam *Trinitatis* ſe extendit. Nomen ei dedit ſubjecta vallis, hortis olim jucundiſſima; nunc tota ædificiis occupata, in novæ urbis ſpeciem ſurgentibus.

## CAP. LIII.

### *De Velabro.*

INter Ædes S. *Georgii*, & S. *Anaſtaſiæ*, & Scholam Græcam, ex fluminis inundatione olim ſtagnum aquarum factum eſt, quod ſine navicula tranſiri non poterat. Illinc

ſaribus hoc intellige. nam Principum horti hi tandem fuerunt. De Nerone id *Tacitus* ſcribit, de Veſpaſiano *Dio*, de Aureliano *Vopiſcus*.

da queſta banda andare o venire nella citta, biſognava pagare un certo prezzo, & da queſto paſſagio ne fu il luogo chiamato *Velabro.* Dapoi col tempo eſſendoſi riempiuto di terra, fu chiamato *Foro Boario*, da una ſtatua di un Bove di bronzo poſta li da *Romolo*, altri vogliano che foſſe detto *Boario* dal vendere & comparere buoi che ivi ſi faceva. In queſto furono fatti la prima volta li giuochi de Gladiatori.

## CAP. LIV.

### *Delle Carine.*

LE Carine cominciavano appreſſo il *Coliſeo* nelle radici del monte Eſquilino, ſeguitando la via Labicana appreſſo la chieſa di S. *Pietro & Marcellino*, & per la via che riſponde a S. *Giuliano*, & indi poi per l'arco di Galieno hoggi detto di S. *Vito*, lungo la contrata di Suburra, ſotto S. *Pietro in Vincola*, ritornavano al detto *Coliſeo.* Furno dette *Carine* da gli edificii quali erano fatte al ſimiglianza di Navi. In queſta parte habitava la maggior parte della nobilita di Roma.

## CAP. LV.

### *Delli Clivi.*

PER la Citta vi erano molti Clivi, ma i piu celebri erano *quando* dove ſi ſaliva al Campidoglio, & il piu antico era appreſſo la chieſa della *Conſolatione*, che al tempo di Cenſori fu laſtricato.

L'Altro era ſotto il Palazzo de *Senatore*, che cominciava dal tempio della Concordia, dove che hoggidi ſi vedono otto colonne altiſſime, & ſalivaſi per cento gradi alla fortezza del Campidoglio.

Appreſſo queſto era l'altro clivo, che cominciava dall' arco di Settimio, & ſi puo credere che foſſe honoratiſſimo, ſi perche egli faceva correſpondentia all' arco, ſi ancora per la laſciata di groſſa pietra, che pochi anni ſono vi fu cavandoſi trovata.

Il quarto Clivo era dall' altra banda del monte, alla ſcala di

1 A *vehendo* ſc. vel à *velis.* 2 A *Romulo* locari non poterat. Nam bovem hunc æreum ex *Æginâ* inſulâ captum fuiſſe author eſt *Plin.* lib. 34. c. 2. & Velabri paludem *Tarquinius Priſcus* primus exſiccavit.

*Arc*

itaque in urbem ituri, lintribus uſi, ſtipem ſolvebant. Unde ipſe lacus [1] *Velabri* nomen accepit. Qui tandem exſiccatus, & terra repletus *Forum Boarium* appellatus eſt, à Bove æreo quem illic [2] *Romulus* locavit; vel ut alii volunt, quod illic boves venundarentur. In hoc loco primi ludi Gladiatorii erant exhibiti.

## CAP. LIV.

### *De Carinis.*

CArinæ initium à *Coloſſeo* habentes ad imum Eſquilini montis, per viam Labicanam, juxta Ædem SS. *Petri & Marcellini*, protendebantur; perque illam, quæ hodie Eccleſiam ſpectat S. *Juliani*. Inde præter arcum Gallieni, qui hodie S. *Viti* dicitur, perque vicum Suburranum, infra Ædem S. *Petri in Vincola*, ad *Coloſſeum* redierunt. *Carinæ* dictæ ſunt ab ædificiis carinas referentibus. In hac Urbis parte maximus habitabat nobiliorum civium numerus.

## CAP. LV.

### *De Clivis.*

PLurimi erant per urbem clivi. Celeberrimi illi *quatuor*, qui in Capitolium ducebant. Horum antiquiſſimus juxta Ædem *Conſolationis* Cenſorum temporibus erat ſtratus.

Alius erat ſub Palatio *Senatoris*, qui ad Templum Concordiæ incipiens, ubi adhuc octo altiſſimæ columnæ conſpiciuntur, centum gradibus in Capitolii arcem aſcendit.

Alius erat huic proximus, ortus ad arcum Septimii, quem cum nobiliſſimum fuiſſe declaret ipſe arcus, cui reſpondit, tum ſaxa ingentia veteris pavimenti, paucis abhinc annis illic effoſſa.

Quartus erat ex adverſa parte montis ad ſcalas Eccleſiæ

Sed quia Romulus ab hoc loco ſulcum urbis deſignare cæperat, bovis ſimulachrum hic poſitum eſt, *quod id genus animalium aratro ſubditur.* ut ſcribit *Tacit.* Ann. 13. c. 24.

*Aræ*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0081
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

*Ara Cæli,* onde ſi ſale ancora hoggi, & dove pur a noſtri giorni ſi e trovata una porta di finiſſimo marmo.

## CAP. LVI.
### *De' Prati.*

NEL campo Vaticano erano li prati *Quintii,* da *L. Quintio Cincinnato* nominati, ſono appreſſo il Caſtello di S. *Angelo,* & chiamanſi volgarmente *Prati,* ivi appreſſo ſi veggono gli veſtigii di un cherchio, o vogliamo dire un luogo da eſſercitar cavalli.

Et nel contorno di *Ripa* eran i Prati di *Mutio Scevola,* donatigli dal Popolo Romano, quando ſtimo piu la ſalute della patria che la ſua ſteſſa, contra il Re Porſena.

## CAP. LVII.
### *De' Granari Publici, & Magazini del Sale.*

NElla pianura che è dietro al monte Aventino ſopra la Tevere vi erano 160. grandiſſimi granari publici, nelli quali ſi ſervava il grano del Popolo Romano, & oltre a queſti ve n'erano per la citta 191.

Et li Magazini del Sale furno vicini a detti granari, ordinati da Anco Martio. Et Livio Salinatore trovo la gabella del Sale.

## CAP. LVIII.
### *Delle Carceri Publiche.*

QUello che era a piedi del Campidoglio, dove fu poſto S. *Petro* & S. *Paolo* in prigione, ſi addimandava il Carcere *Tulliano,* fatto da Anco Martio & da *Tullo* Re.

Et quello che era vicino a S. *Nicolao in Carcere* fu edificato da Claudio, uno de dieci huomini, & lui fu il primo che vi moriſſe dentro.

## CAP. LIX.
### *Di alcune Feſte & Giuochi, che ſi ſolevano celebrare in Roma.*

GLI antichi Romani celebravano in honore di Giano alli nove di Genaro le feſte *Agonali.*

Nelli

*Aræ Cæli*, ubi aſcenſus adhuc datur; quo in loco noſtris temporibus janua ex nitidiſſimo marmore reperta eſt.

## CAP. LVI.
### *De Pratis.*

IN campo Vaticano erant Prata *Quintia*, à *L. Quintio Cincinnato* denominata, juxta Caſtellum S. *Angeli*, qui locus adhuc *Prata* dicitur. Non procul illinc Circi, ſeu potius Hippodromi, ſe oſtendunt veſtigia.

In regione *Ripæ* Prata erant *Mutii Scævolæ*, quæ illi Populus Romanus dedit, quod adverſus Regem Porſenam publicam ſalutem præpoſuit ſuæ.

## CAP. LVII.
### *De Horreis Publicis & Salinis.*

IN valle, quæ poſt montem Aventinum jacet, prope Tiberim horrea erant, ingentis laxitatis, centum & ſexaginta, frugibus Populi Romani reponendis. Erant præterea intra urbem centum nonaginta unum.

Erant & Salinæ illis horreis vicinæ, quas Ancus Marcius inſtituit. Livius Salinator primus omnium ſali vectigal impoſuit.

## CAP. LVIII.
### *De Carceribus Publicis.*

CArcer ad pedes Capitolii, quem *Petrus* & *Paulus* incluſi cohoneſtabant, *Tullianus* appellatus eſt, à Regibus Anco Marcio & *Tullio* conditus.

Alterum, illi loco vicinum in quo hodie Ædes [1] S. *Nicolai in Carcere*, poſuit *Appius* Claudius, Decemvir, quo in ſuo carcere ipſe primus periit.

## CAP. LIX.
### *De Feſtis nonnullis, & Ludis apud Romanos.*

V. IDUS Januarias in honorem Jani *Agonalia* veteres Romani celebrabant.

1 In area *Montanariæ*.

III. Et

Nelli dui ultimi giorni de Febraro ſacrificavano a Marte.

Alli tre di Aprile celebravano le feſte *Florali*, in memoria di Flora meretrice molto amata da Pompeo, laquale laſcio herede di tutto il ſuo il Popolo Romano, e la ſua caſa era dove è hora Campo di *Fiore*, coſi detto dal ſuo nome. I giuochi *Florali* ſi facevano gia ſotto la vigna del Cardinale di Ferrara, a piedi il monte Quirinale hora detto *Cavallo*, dove ſi vede la valle rinchiuſa di pareti, per le nude meretrici, che con ogni licentia di parole & movemente laſcivi facevano.

Et a ſei di detto meſe in memoria della vittoria ricevuta contra i Latini, andavano li Cavallieri honorevolmente veſtiti, & con gran pompa portando nella deſtra rami di Olivo, dal Tempio di Marte, (che era nella via Appia, diſcoſto da Roma miglia quattro) a quello di Caſtore & Polluce.

A 29. di Maggiò erano li luſtri, & erano feſtivi di Marte, ne i quali ſi moſtrano le tombe, l'aquile & altre inſegne militari.

L'Autunno celebravano le feſte in honore di Bacco; Et nel meſe di Decembre celebravano li *Saturnali* in honore di Saturno.

Solevano ancora celebrare i giuochi *Trajani*, i *Capitolini*, i *Scenici*, gli *Apollinari*, i *Secolari*, i *Romani*, i *Plebei*, i *Circenſi*, & altri che per brevita laſcio da parte.

## CAP. LX.

### *Del Sepolcro di Auguſto, d'Adriano, & di Settimio.*

FU il Sepolcro di *Auguſto* nelle valle Martia, & ivi ſi vedono ancora le veſtigie vicino alla chieſa di S. *Rocco*, & era ornato di bianchi marmi, di porfido, & di grandiſſime colonne, aguglie, & di belliſſime ſtatue. Haveva 12. porte, tre curie di mura, & era di forma rotonda, di altezza di 150. cubiti, & nella ſommita vi era la ſtatua di Auguſto di rame, & non lo fece per lui ſolamente, ma per li altri Imperatori ancora.

Quello di *Adriano* fu dove è il caſtello di S. *Angelo*, & era ornato di belliſſimi marmi, di ſtatue di huomini, & di cavalli & di carrette artificioſamente lavorate, le quale coſe furono rouinate da i ſoldati di Belliſario, nella guerra de i Gothi.

1 Hujus figuram vide apud *Donat.* lib. 3. cap. 16.

Et

III. Et Pridie Calendas Martias Marti ſacra faciebant.

III. Nonas Apriles *Floralia* inſtituerunt in memoriam Floræ meretricis, Pompeio cariſſimæ. Hæc Populum Romanum hæredem ſcripſit. Domum habuit, ubi hodie Campus *Floræ* nomen ejus adhuc retinens. Ludos *Florales* nudæ meretrices omni geſtûs verborumque licentiâ celebrabant, ad pedes montis Quirinalis, hodie *Caballini*, infra hortum Cardinalis Ferraræ, ubi murorum veſtigia vallem ambientium etiamnum apparent.

VIII. Idus Apriles Equites Romani, olivæ ramos dextra prætendentes & ſplendidiſſime ornati, à Templo Martis (quod in via Appia, ad quartum lapidem erat) ad Templum Caſtoris & Pollucis celebrem pompam ducebant, in memoriam victoriæ de Latinis relatæ.

IV. Calendas Junias luſtrum conditum eſt, & feſtum Martis tubarum ſonitu & militarium vexillorum ſplendore celebratum.

Sub Autumnum *Bacchanalia*, Decembri menſe *Saturnalia* celebrata ſunt; illa Bacchi honori, hæc Saturni dicata.

Ludi præterea celebrari ſolebant *Trajani*, *Capitolini*, *Scenici*, *Apollinares*, *Sæculares*, *Romani*, *Plebeii*, *Circenſes*, & alii, quos hujuſce operis inſtituta brevitas recenſeri non patitur.

## CAP. LX.

### *De Sepulchris Augusti, Adriani, & Septimii.*

[1] M*Auſoleum Auguſti* in valle Martia erat poſitum, ubi adhuc extant veſtigia, vicina Ædi S. *Rocchi*. Ornatum erat marmore candido, porphyrite, maximis columnis, obeliſcis, & pulcherrimis ſtatuis. Portas habuit duodecim, triplicem murorum ambitum. Forma ejus rotunda, altitudo cubitorum centum & quinquaginta. In faſtigio ſtabat ærea Auguſti ſtatua; qui non ſibi ſoli monumentum hoc erexit, ſed commune Imperatorum ſepulchrum eſſe voluit.

[2] *Moles Adriani* erat ubi hodie Caſtellum S. *Angeli*, marmore hilariſſimo, hominum equorum & curruum ſimulachris, ſumma arte laboratis, exculta. Sed hæc omnia ornamenta Beliſarii milites contra Gothos pugnantes devaſtarunt.

2. Hujus apud eundem lib. 3. cap. 21.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0085
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

Et Bonifacio ottavo vi fece il caſtello, & Aleſſandro ſeſto lo circondo di foſſi & baſtioni, vi ordino le guardie, e vi fece il Corridore coperto & ſcoperto, che va inſino al Palazzo Papale, & Paolo terzo l'ha ornato di belliſſime ſtanze.

Quello di *Settimio Severo* Imperatore era vicino alla chieſa di S. *Gregorio,* dove ſi vedono quelli tre ordini di colonne, uno ſopra l'altro, a guiſa di portichi, & fu addimandato *Settizonio* da ſette Solari che haveva l'uno ſopra l'altro.

## C A P. LXI.

## *De Tempii.*

FUrono in Roma molti Tempii, ma li piu celebri fu quello di Giove Ottimo Maſſimo, quello della Pace, & il Pantheon.

Quello di *Giove Ottimo Maſſimo* era in Campidoglio, votato da Tarquinio Priſco, & edificato da Tarquinio Superbo, & era di forma quadrata, & ciaſcuna delle ſue faccie era ducento piedi, haveva tre ordine di colonne, & vi ſpeſe nelli fondamenti quaranta milia libre di argenti, & oltre gli altri ornamenti vi era una ſtatua d'oro di dieci piedi, & ſei tazze di ſmeraldo portate a Roma da Pompeo.

Quello della *Pace* fu ſopra ogni altro grandiſſimo, di forma quadrata, ornato di grandiſſime colonne & ſtatue, edificato da Veſpaſiano ottanta anni dopo l'avenimento di Chriſto, & *arſe* in un ſubito al tempo di Commodo, le ruine del quale ſe vedono ancora vicino alla chieſa di S. *Maria Nuova*; & non rouinò, come crede il volgo, la notte di Natale.

Il Pantheon è ancora in piedi, di forma rotonda, di altezza & larghezza di piedi cento e quarantaquattro, fatto di fuori di mattoni, & di dentro è ornato di varii marmi, & intorno vi ſono cappellette molto adorne, dove vi erano collocate le ſtatue delli Dei. Et le ſue porte ſono di bronzo di

1 Inter Cælium & Palatinum. Hujus Sepulchri hodie nihil reſtat, Figuram exhibet *Donatus.* lib. 3. c. 13. 2 Porticus ſola triplicem habuit columnarum ordinem, latera duplicem. *Dionyſ.* lib. 4. 3 Sed *Fabio* magis *Livius* credit, *quadraginta ea ſola talenta fuiſſe, quam Piſoni, qui quadraginta millia pondo argenti ſepoſita in eam rem ſcribit.* Liv.

mara-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0086
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

Molem Bonifacius VIII. in arcem immutavit; Alexander VI. foſſas & propugnacula prætendit, præſidiarium militem ſtatuit, porticum duplicem tectam & apertam fecit, ab Arce ad Palatium Pontificum ſe extendentem. Paulus III. venuſtiſſimis habitaculis arcem decoravit.

Sepulchrum *Septimii Severi* Imperatoris vicinum erat [1]Ædi S. *Gregorii*, quo in loco tres columnarum ſeries conſpiciuntur, quarum altera alteri impoſita eſt, ſingula in porticus ſpeciem facta. *Septizonium* appellatum eſt a ſeptem ejuſmodi Solariis ſibi invicem ſuperſtructis.

## CAP. LXI.

### *De Templis.*

INgens in Urbe erat Templorum numerus. Celeberrima fuerunt Templum Jovis Optimi Maximi, Templum Pacis, & Pantheon.

Templum *Jovis Optimi Maximi*, in Capitolio, vovit Tarquinius Priſcus, fecit Superbus. Forma ejus erat quadrata; ſingula latera ducentos pedes habuerunt, [2]*Porticus* triplicem columnarum ordinem. [3] Argenti quadraginta millia pondo in fundamenta ſola Superbus impendit. Præter cætera hujuſce Templi ornamenta, Statua in eo erat aurea decem pedum, & ſex è ſmaragdo pocula, quæ Pompeius Romam adduxit.

Templum *Pacis*, omnium quæ in Urbe ampliſſimum, formæ erat quadratæ, vaſtiſſimis columnis & ſtatuis inſigne, à Veſpaſiano conditum Anno Domini octogeſimo. Commodo Imperatore, repentino [4] *incendio* conflagravit. Ridicule quidem vulgus hoc Templum ſub ipſum Chriſti natalem corruiſſe fabulantur. Extant ejus reliquiæ prope Templum S. *Mariæ Novæ*.

Pantheon integrum adhuc manet, formæ quidem rotundæ, attollitur in altitudinem pedibus centum & quadraginta, totidem in latitudinem patet. Facies ejus exterior conſtat opere lateritio, interior vario marmoris genere exculta eſt. Sacella pulcherrime adornata undique collocantur, in quibus Deorum ima-

lib. 1. c. 55. 4 *Herodianus* lib. 1. Sed hoc quî fieri potuiſſet, ſe non intelligere fatetur *Palladius* Archit. lib. 4. cap. 6. Ea enim templi erat fabrica, ut ligni omnino expers eſſet. quare terræ motu, vel alio quovis caſu fortuito corruiſſe judicat. Nobiles, quæ adhuc extant, ruinas vide apud *Donat.* lib. 3. cap. 4.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0087
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

maraviglioſa grandezza. Et fu gia dedicato a Giove vendicatore a Cerere & a tutti gli Dei, e Bonifacio IV. lo dedicò alla beata Vergine & a tutti li Santi, & ſi addimanda la *Rotonda*.

Fu anco coperto di lame *d'argento*, le quale Conſtantino terzo Imperatore levo via & portollo a Siracuſa, inſieme con tutte le ſtatue di rame & di marmo che erano in Roma, & vi fece piu danno in ſette giorni, che vi ſtette, che non havevan fatto i Barbari in 258. anni. Et non è, come crede il volgo, che S. *Gregorio* per la cauſa della religione faceſſe gettare nel Tevere le piu belle ſtatue, & rouinare le antichita, anzi fece rifare molti acquedotti, che andavano in rouina. Ma il tempo divoratore d'ogni coſa, & gli huomini ancora a tempi noſtri.

Ha ancora un belliſſimo porticale, fatto da *Marco Agrippa*, ornato da 13. grandiſſime colonne, & il ſuo tetto e ſoſtenuto da travi di rame dorato. Et quelli dui Leoni & vaſi di porfido che ſono ſu la piazza, erano gia nelle Terme d'Agrippa.

## CAP. LXII.

### *De' Sacerdoti, Delle Virgini Veſtali, veſtimenti, vaſi, & altri inſtrumenti, fatti per uſo delli ſacrificii.*

NUma Pompilio, preſo che hebbe il governo, per addolcir quel popolo feroce e rozzo, introduſſe nella citta la religione & culto delli Dei, & ordino molte coſe in honore di quelli.

Edificò il tempio di Veſta, il quale fu rotondo, & era vietato a gli huomini l'entrarvi. Et eleſſe un numero di Virgini a ſervigi di quello, le quali biſognava che fuſſero naſciute d'huomo libero, & che non foſſero mancati di corpo ne ſceme di cervello; & ſi accettavano di anni ſei inſino ad anni

1 Plurimi ſunt, qui Agrippam nihil præter Porticum feciſſe exiſtimant, quòd major in porticu Architecturæ ſit elegantia, quam in templo; & continuitas utriuſque fabricæ non ita ſtricta videatur. Ipſe *Palladius*, elegantiſſimus certe harum rerum ſpectator, *Archit.* lib. 4. c. 20. *Ego quidem*, inquit, *Templum ipſum Reipublicæ temporibus factum judico, M. Agrippam porticum tantummodo adjeciſſe. Hoc perſpicitur, quòd*

dieci

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0088
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

gines ſtabant. Januæ ſunt ex ære immanis magnitudinis. Hoc Templum, olim Jovi Ultori Cereri & cæteris Diis ſacratum, Bonifacius IV. Beatæ Virgini & Sanctis omnibus dicavit, *Rotundam* appellans.

Totam ejus teſtudinem laminæ *æneæ* olim texerunt. Has vero Conſtantinus III. Syracuſas tranſtulit, cum æneis & marmoreis omnibus in Urbe ſtatuis. Qui intra ſeptem dies, quos Romæ moratus eſt, plus damni huic Urbi intulit, quam in 258. annorum ſpatio omnes Barbarorum exercitus. Falſò itaque, quod vulgo creditur, S. *Gregorio* imputatur, Religionis eum ſtudio abreptum pulcherrimas quaſque ſtatuas projeciſſe in Tiberim, & omnes Antiquitatis reliquias funditus evertiſſe; cum è contra plurimos Aquæductus vitiatos idem refecerit. Multa vero tempus conſumit, multa noſtrâ ætate etiam homines devaſtant.

Habet præterea hoc Templum porticum pulcherrimam, factam à [1] *M. Agrippa*, tredecim grandiſſimis columnis inſignem. Hujus tectum [2] trabibus ex ære inauratis ſuſtentatur. Bini Leones, & illa ex porphyrite vaſa, quæ hodie ſunt in area hujuſce Templi, olim ſtabant in Thermis Agrippæ.

## CAP. LXII.

### *De Sacerdotibus, de Virginibus Veſtalibus, de veſtimentis, vaſis, aliiſque inſtrumentis in ſacrificiorum uſum inſtitutis,*

NUma Pompilius, ut regnare cæpit, quo rudis & ferocis populi animos emolliret, Religionem & Deorum cultum induxit, quorum in honorem ritus plurimos inſtituit.

Veſtæ Templum ædificavit, forma circulari, maribus non intrandum. Virginum numerum legit, quæ Templi ſacra curarent. Hæ ingenue natæ eſſe debebant, nulla animi parte debiles, nulla corporis mutilæ. Minorem quam ſex annos, majorem quam decem natam capi fas non erat.

*duo in anteriore ædificii parte ſint frontiſpicia. Alterum ſc. porticûs, Alterum in ipſius Templi muris conſpiciendum.* Vide, ſi libet, tabulam *Cyrlii* 11. vel *Donat.* lib. 3. c. 16. 2 Hæ vero ab Urbano VIII. partim in Baſilicam Vaticanam tranſlatæ ſunt, partim in tormenta bellica Caſtelli S. *Angeli* transformatæ, repoſitis in earum locum trabibus ligneis. *Nard.* lib. 6. c. 4. *Borr.* c. 11.

Admiſſæ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0089
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

dieci al piu; & i primi dieci anni imparavano la forma de' ſacrificii, altre tanti erano occupate nel ſacrificare, & nelli ultimi dieci anni ammaeſtravano le giovani, che ſi pigliavano di nuovo. Et paſſati li detti trent' anni ſi potevano maritare, ma quelle che ſi maritorno, furono infortunate. La principale, cioè l'Abbadeſſa, la chiamavano *Maſſima*, & era in gran veneratione & riverenza appreſſo il Popolo Romano. Et havevano in cuſtodia il fuoco perpetuo, il Palladio cioè la ſtatua di Minerva, & altre coſe ſacre de' Romani.

Et quando erano ritrovate in adulterio, come fu Porfiria, Minutia, Seſtilia, Emilia con due compagne, & molte altre, le facevano morire in queſta maniera. Le digradavano, & le portavano ſopra una barra legate, & con il viſo coperto, con grandiſſimo ſilentio per la citta, la quale in quel giorno era tutto in pianto, inſino a porta Salara, vicino alla quale vi era uno luogo addimandato il *Campo Scelerato*, nel quale vi era una ſepoltura in volta fatta a mano, che haveva un picciol buſo, & due picciole feneſtre, & in una vi mettavano una lucerna acceſa, & nell' altra acqua, latte, & mele. Et giunti che erano al detto luogo il primo Sacerdote diceva alcune orationi ſecrete, tenendo le mani volte al Cielo, & poi le facevano entrare in detta tomba per quel picciol buſo, & fra tanto il popolo volgeva il viſo adietro; ma tolta poi via la ſcala, & coperta la tomba con una pietra, a guiſa d'una ſepoltura, il popolo vi gettava ſopra della terra, & ſtavano tutto quello giorno in continuo pianto.

Creò tre Sacerdoti detti *Fuminii*, uno in honore di Giove, l'altro di Marte, il terzo di Romolo; li quali andavano veſtiti d'una veſte ſegnalata, & portavano in teſta un cappello bianco, & l'addimandavano *Albo Gallero*.

Ordino ancora il *Pontefice Maſſimo*, & dodici Sacerdoti, addimandate *Salii*, in honore di Marte, li quali veſtivano di certe toniche dipinte, e nel petto portavano un pettorale ornato di oro di argento & di pietre pretioſe.

Creſcendo poi la Religione, & il culto delli Dei (delli quali li Romani hebbero piu di trenta milla) accrebbe ancora il numero di Sacerdoti, come il *Padre Padrato*, li *Feciali*, li *Epuloni*, li *Auguri*, li quali havevano tanta poteſta, che non ſi poteva congregare il Senato, ſe eſſi non lo permettavano.

Et andavano veſtiti di varii veſtimenti, ma quando ſacrificavano,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0090
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

Admiſſæ decem primos annos exigebant in cognoſcendis ſacrificiorum ritibus, alios decem in ſacrificiis peragendis, decem extremos in junioribus, quæ ipſis ſuccederent, erudiendis. Triginta annis ita expletis, matrimonio jungi poterant. Sed infeliciſſimas exinde vixiſſe conſtat, quæcunque hanc licentiam amplexæ ſunt. Harum præcipuam ſive Antiſtitam, quæ *Maxima* appellata eſt, ſumma veneratione & reverentia populus honeſtabat. Hæ Virgines Ignem perpetuum, Palladium ſive Minervæ ſignum, & alia Romanorum ſacra ſibi commiſſa cuſtodiebant.

Inceſti damnatæ, quales erant Porphyria, Minucia, Sextilia, Æmilia cum duabus ſociis, & aliæ plurimæ, hujuſmodi mortis genus ſubierunt. Depoſito ſacerdotio, efferabatur inceſta ad portam Salariam, velato capite, feretro alligata, alto per Urbem ſilentio, quæ univerſo planctu & mœrore hunc diem celebrabat. Vicinus illi portæ locus eſt, quem *Campum Sceleratum* appellabant. Hic cella ſubterranea parabatur, anguſto ore, & duobus loculamentis inſtructa, quorum in altero ardens lucerna, in altero aqua cum melle & lacte collocabatur. Cum huc advenirent, Summus Sacerdotum ſublatis ad cælum manibus arcana quædam precatus, damnatam demitti juſſit. Populus interim oculos avertit. Demiſſa illa, ſcala recipiebatur; ſaxum cellæ ori, tanquam tumulo, advolvebatur; populus humum injiciebat, & reliquum diei continuo mœrori conſecrabat.

Tres Sacerdotes Numa creavit, *Flamines* dictos; alterum Jovi, alterum Marti, tertium Romulo dicatum. Inſigni hi veſte adornati incedebant, pileum capiti habuerunt album, qui *Albus Galerus* dictus eſt.

Idem præterea *Pontificem Maximum* fecit, & duodecim *Salios*, ſacerdotes Marti ſacros. His pictas tunicas dedit, & pectori tegumen auro argento & gemmis ſplendidum.

Creſcente demum Religionis cultu, & aucto Deorum numero (quorum ultra triginta millia Romani coluerunt) novi etiam adjecti ſunt Sacerdotes, quales erant *Pater Patratus*, *Feciales*, *Epulones*, *Augures*. *Augurum* tanta erat authoritas, ut Senatus haberi non poſſet, ſi illi non permitterent.

Singulis his Sacerdotibus ſua erant veſtimenta. Inter ſacrificia

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0091
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

ficavono, era una ſteſſa maniera di veſtire, & veſtivano d'un camiſo di lino bianco, ampio, & lungo, il quale lo cingevano nel mezzo con un cingolo, & queſto modo di veſtire era chiamato *Gabino*.

Havevano ancora molti inſtrumenti & vaſi fatti per uſo de i ſacrificii, come il *Prefericolo* il quale era un vaſe di rame, ſenza manichi, & aperto a guiſa d'una ramina.

La *patera* era un vaſo picciolo aperto.

L'*Achamo* era un vaſo picciolo, fatto come un bicchiero, & in quello guſtavano il vino ne i ſacrificii.

L'*Infula* è un panno di lana, col quale ſi copriva il Sacerdote, & la vittima.

L'*Inarculo* era un baſtoncello di granato indorato, che ſi mettevano i ſacerdoti ſopra la teſta, quando ſacrificavano.

L'*Acerra* era la Navicella, dove tenevano l'incenſo.

L'*Anclabri* era addimandata la menſa, dove tenevano ſopra le coſe ſacre. Et li vaſi, che tenevano i ſacerdoti per uſo ſuo, erano ancor loro chiamati *Anclabri*.

*Seceſpita* era un cultello di ferro alquanto lunghetto, col manico tondo d'avorio, guarnito in capo di oro, & di argento, & inchiodato con certi chiodetti di rame.

I *Struppi* erano certi faſcitelli di Verbena, che ſi mettevano ne i coſcini ſotto la teſta delli Dei.

Il *Soſſibolo* era una veſta bianca, teſſuta, quadrata, & lunghetta, la quale ſi mettevano le Vergini Veſtali in capo quando ſacrificavano.

Uſavano ancora molte altre coſe, la quale laſcio da parte per brevita.

## C A P. LXIII.

### *Dell' Armamentario.*

L'Armamentario era vicino al tempio della Pace, & era un luogo dove ſi ſervavano l'arme del publico, perchioche i Romani non havevano privatamente arme, & quando andavano alla guerra, le prendevano da queſto luogo, & nel ritorno poi le riportavano. Et andò alla guerra il Popolo Romano ſenza ſtipendio alcuno piu di *ducento* anni.

1 *Cinctus Gabinus* proprie dicitur cum togæ lacinia, quæ ſiniſtro brachio vulgo imponebatur, inde ſubducta ita in tergum rejiciebatur, ut ad pectus retracta & in nodum colligata, togam contraheret & ſtrictio-

ficia vero omnes uno veſtis genere uſi ſunt. Linteati enim ſacrificabant, ſuperpellicium induti laxum, demiſſum, cujus medium cinxit zona; qualis habitus [1] *Cinctus Gabinus* dictus eſt.

Plurima erant vaſa & inſtrumenta ſacrificialia. *Præfericulum* vas erat æreum, ſine anſis, undique apertum inſtar pelvis.

*Patera* vaſculum erat diſpanſis labris.

*Achamus* vaſculum erat, in formam vitri, de quo inter ſacrificia vinum guſtabant.

*Infula* linteum erat quod Sacerdotem & hoſtiam velavit.

*Inarculum* virgula erat ex malo Punico inaurata, quam ſacerdotes inter ſacrificia in capite geſtabant.

*Acerra* arcula erat thuri reponendo.

*Anclabris* menſa erat rebus ſacris deſtinata. Vaſa etiam, quæ Sacerdotes ſibi propria habuerunt, *Anclabra* dicta ſunt.

*Seceſpita* culter erat ferreus, oblongus; cujus manubrium erat ex ebore rotundum, ad capulum auro & argento ornatum, & clavis æreis transfixum.

*Struppi* vittæ erant ex verbena, quibus deorum capita in pulvinaribus coronabant.

*Suffibulum* veſtimentum erat album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Veſtales, dum ſacrificarent, habere ſolebant.

Alia erant quam plurima, quæ brevitatis ſtudio hic omittimus.

## CAP. LXIII.
## *De Armamentario.*

ARmentarium, Templo Pacis vicinum, locus erat, in quo arma publica reponerentur. Arma enim Romani privatim non habuerunt, ſed ad bellum ituri hinc ea accipiebant, quæ confecto bello huc reportarent. Plus [3] *trecentis* annis Populus Romanus ſine ſtipendio militabat.

rem redderet. Hoc ritu Conſul bella indicebat; & eodem Pontifices ſacra bellica facere, author eſt *Rubenius de re veſtiaria.* 2 Stipendium miles de publico accepit Anno U. C. 348. *Liv.* lib. 4. c. 59.

## CAP. LXIV.

### *Dell' eſſercito Romano di terra & di mare, & loro inſegne.*

HEbbero Romani, come ſcrive *Appiano*, al tempo delli Imperatori ducento mila pedoni, & quaranta mila cavallieri, trecento Elefanti, doi mila carri, & di piu per biſogno trecento mila armati.

Quella da mare era di duoi mila navi, & di 1500. galere, da due inſino a cinque remi.

Hebbero molte inſegne militari, ma la propria de' Romani fu l'*Aquila*.

## CAP. LXV.

### *De' Trionfi.*

IL *Trionfo* ſi concedeva al Dittatore, Conſolo, ò Pretore, che in un fatto d'arme haveſſe vinto piu di cinque mila inimici, & che ſottometteva all Imperio Romano Provincie & Citta. Et li piu ſplendidi furono quello di *Pompeo*, & di *Ceſare*. *Ovatione* era un modo di trionfare che ſi concedeva a quel Capitano, che haveva vinto il nemico a man ſalva, & entrava a piedi nella Citta con il Senato dietro, ſenza l'eſſercito, & il primo che coſi trionfaſſe fu *Poſthumio Tuberto* Conſole, & trionfò de Sabini; *Marcello* per la preſa di Sicilia, & molti altri. Ma il primo che trionfaſſe fu il *Romolo*, & l'ultimo *Probo* Imp. & li Trionfante furono 320. Il primo che conduſſe nemici ſoggiugati in Roma fu *Cincinnato*.

Andavano ſopra un carro di due ruote tirato da cavalli, ò da altri animali, con l'eſſercito dietro coronato di Lauro. Et giunti in Campidoglio, & ſmontati dal Carro, entravano nel Tempio di Giove Ottimo Maſſimo, a rendergli gratie della ricevuta vittoria: & ſacrificato che havevano un bianco toro, andavano alle ſue ſtanze.

## CAP. LXVI.

### *Delle Corone, & a che ſi davano.*

MOlte furono le Corone, che ſi ſolevano dare in premio del valore de' ſoldati.

La

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0094 © Universitätsbibliothek Heidelberg gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

## CAP. LXIV.

### *De copiis P. R. terreſtribus & navalibus, & de Romanis inſignibus.*

SCribit *Appianus* Populum Romanum ſub Imperatoribus ducenta millia peditum, equitum quadraginta millia habuiſſe, duo millia curruum, trecentos Elephantos; hominum præterea armatorum, ſiquando neceſſitas urgeret, trecena millia.

Navales copiæ conſtabant bis mille navibus; phaſelis, à biremibus ad quinqueremes, mille & quingentis.

Varia in exercitu Romano fuerunt ſigna. Signum vero Romanis proprium erat *Aquila*.

## CAP. LXV.

### *De Triumphis.*

TRiumphi honos Dictatori, Conſuli, vel Prætori datus eſt, qui juſto prælio hoſtium interfecerat amplius quina millia, vel civitates & provincias Romano Imperio ſubjecerat. Magnificentiſſimi omnium fuerunt *Pompeii*, & *Cæſaris* Triumphi. *Ovatio* triumphi genus fuit duci decretum, qui ſalvo ſuo exercitu hoſtem vicit. Ipſe pedes ſine exercitu Urbem intravit, Senatu comitante. Primus ovavit *Poſthumius Tubertus* in Conſulatu, de Sabinis; poſtea, ſubacta Sicilia *Marcellus*, & alii plurimi. Triumphavit primus omnium *Romulus*, ultimus *Probus* Imperator. Triumphantium numerus 320. *Cincinnatus* captos hoſtes ſub jugum primus miſit.

Triumphantes bigâ vecti ſunt, equis, vel aliis animalibus, junctâ; laureatus ſequutus eſt exercitus. Ipſi ad Capitolium curru deſcendentes Templum Jovis Optimi Maximi intrabant, gratias ob acceptam victoriam relaturi. Mactato deinde tauro candido, ad ſtativa exercitus dimiſſus eſt.

## CAP. LXVI.

### *De Coronis, & quibus datæ ſunt.*

MUltimodæ erant Coronæ, quibus milites donati ſunt ob res bello præclare geſtas.

La *Trionfale* era di Lauro, ſi dava a Capitano.

L'*Obſidionale*, che era di gramegna, ſi donava a chi liberava la Citta dal aſſedio, e il primo a che foſſe donata fu *Sicio Dentato.*

La *Civica* ch'era di Quercia ò d'Illice, davaſi a chi liberava un cittadino da qualche gran pericolo.

La *Murale* ſi dava dal Capitano a quel Soldato, che era primo a montare ſopra le mura del nemico.

La *Caſtrenſe* ſi donava al primo che entraſſe ne gli alloggiamenti de nemici, & ſopra li baſtioni.

La *Navale* ſi dava a quello che era il primo a montare ſopra l'armata de' nemici.

Et tutte tre queſte ſi facevano d'oro, & la *Murale* fu fatta a uſo di merli delle mura della Citta, la *Caſtrenſe* a guiſa d'un baſtione, & la *Navale* come un ſperone di galea.

L'*Ovale* era di mortella, & ſi dava al Capitano che haveva vinto il nemico a man ſalva.

La prima che ſi uſaſſe in Roma, fu di ſpiche, & fu data a Romolo.

L'*Armille* furono certi cerchietti in lame d'oro & d'argento, che portavano li ſoldati nel braccio ſiniſtro appreſſo la ſpalla per ornamento.

## CAP. LXVII.

### *Del Numero del Popolo Romano.*

NEL cenſo di Servio *Tullo* ſi ritrovo in Roma 84. mila perſone. Et dopo la morte di 300. Fabii, & fatta la raſſegna, furono ritrovati in Roma 100. *centinara di migliara, & ſette mila trecento e diciotto* perſone. Et nella prima guerra Cartagineſe fatta la raſſegna ritrovorno in eſſere 290330. huomini. Et Auguſto ritrovo cento trenta centinara di migliara, & milla trenta ſette. Et Tiberio ne ritrovo ſedici volte cento migliara & ducento novanta una.

## CAP. LXVIII.

### *Delle Ricchezze del Popolo Romano.*

GRandiſſime furono le ricchezze anticamente in Roma, come ſi può giudicare per li ſuperbi edificii, grandi theatri,

1 *Dion. Hal.* lib. 9. Varios Romæ cenſus vide, ſi libet, apud *Voſſium*

&

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0096
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die
Gesellschaft der Freunde
Universität Heidelberg e.V.

Corona *Triumphalis* ex Lauro fuit, Imperatori data.

*Obſidionalis* erat graminea, illi data, qui obſeſſam Civitatem liberavit. Hanc primus meruit *Siccius Dentatus.*

*Civicâ,* ex Quercu ſive Ilice, donatus ille eſt, qui civem periclitantem ſervarat.

*Muralem* ab Imperatore miles accepit, qui hoſtium muros primus conſcendit.

*Caſtrenſem,* qui primus hoſtium caſtra & valla irrupit.

*Navalem,* qui primus in hoſtilem navim inſiluit.

Hæ tres ex auro fuerunt. *Muralis* murorum pinnis, *Caſtrenſis* vallorum inſignibus, *Navalis* navium roſtris decorata.

*Ovalis* corona myrtea fuit. Hanc meruit qui incruentam victoriam reportarat.

Prima apud Romanos corona fuit ſpicea, Romulo data.

*Armillæ* fuerunt laminæ auri vel argenti circulares, ornamenta quæ milites lævo brachio prope humerum geſtabant.

## CAP. LXVII.

### *De Numero Populi Romani.*

CUM cenſum ageret Servius *Tullius,* Romæ cenſa ſunt hominum octoginta & quatuor millia. Cenſu poſt trecentorum Fabiorum cladem acto, inventa ſunt [1] *centena decem millia.* Primo bello Punico, cenſa ſunt civium capita ducenta nonaginta millia, trecenta & triginta. Sub Auguſto cenſa ſunt centies tricies centena millia, & mille triginta ſeptem. Sub Tiberio ſexdecies centena millia, ducenta nonaginta capita.

## CAP. LXVIII.

### *De Divitiis Romanorum.*

IMmenſas olim Romanorum fuiſſe divitias, ſuperba ædificia vaſtæ Theatrorum moles cæteraque ſtupenda hujuſce

[1] *de Magnitudine Urbis Romæ,* cap. 6.

Urbis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0097
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

& altre coſe mirabili che vi furono. Et non era tenuto riccho cittadino quello che non poteva mantenere a ſue ſpeſe un' anno l'eſſercito. Tra li ricchi fu Lucullo, al quale eſſendo da gli Hiſtrioni addimandato impreſto 120. veſti, li diſſe che ne haveva 5. milla da impreſtare; & dopo la ſua morte li peſci che erano nel ſuo vivario furono venduti 30. milla ſeſtertii, & ve n'erano pari di ricchezze a lui piu di 20. mila Cittadini.

## CAP. LXIX.

### *Della Liberalita de li Antichi Romani.*

PIene ſono l'hiſtorie della Liberalita de gli Antichi Romani, ma ne addurrò queſti pochi ſolamente.

Il Senato, havendo gli Ambaſciadori Cartagineſi portati una gran ſomma di danari per ricuperare 2744. giovani prigioni, li laſciò andare ſenza torre coſa alcuna.

Fabio Maſſimo eſſendoſi convenuto con Annibale di permutare i prigioni, & che quello che ne haveſſe ricevuto maggior numero doveſſe pagare per ciaſcuno due libre & mezza d'argento, & havendone Fabio ricevuti 147. di piu, & vedendo che il Senato, havendone ragionato molte volte, non concludeva coſa alcuna, mando il figlivolo a Roma, & fece vendere un ſuo podere, che haveva in nome della Republica rimeſſo, volendo piu preſto rimanere povero di havere che di fede, & quello che pagò furno ſei milla & ducento ducati.

Plinio nepote conoſcendo che Quintiliano per la ſua poverta *non poteva maritare* una ſua figlivola, li dono cinque mila ducati per maritarla.

## CAP. LXX.

### *Delli Matrimonii antichi & loro uſanza.*

COſtumavano li antichi Romani di adornare la donna, quando andava a marito, in queſta maniera. Le davano primieramente una chiave in mano; leaccon ciavano il capo con una lancia, che haveſſe ammazzato un gladiatore;

1 Vide *Horatium* Ep. 6. lib. 1.
2 In optimis Plinii editionibus legitur *Quadragies* H. S. ſive quadraginta centena millia ſeſtertiûm. *Plin.*

Urbis opera plane indicant. Divitem eſſe nonnulli negabant, niſi qui annuo reditu exercitum tueri poſſet. Inter divites Lucullus. [1] Hic ab hiſtrionibus rogatus, ſi centum & viginti chlamydes Scenæ præbere poſſet, reſcripſit ſe poſſe quinque millia. Defuncto illo, piſces in ejus piſcinis [2] *triginta* ſeſtertiûm millibus vænierunt; & tamen viginti millia civium numerabantur, qui Lucullum opibus æquarent.

## CAP. LXIX.

### *De Liberalitate veterum Romanorum.*

QUanta fuerit veterum Romanorum Liberalitas, omnis Hiſtoria abunde teſtatur. Paucis itaque exemplis hanc rem notare ſufficiet.

Cum Carthaginienſium legati ad Senatum mitterentur, qui ingenti pecunia duo millia ſeptingenta quadraginta quatuor captivorum millia redimerent, captivos omnes Senatus ſine pretio dimiſit.

[3] Cum in captivis permutandis inter Fabium Maximum & Annibalem conveniſſet, ut qui plures reciperet, duo argenti pondo & ſelibras in hominem præſtaret, ducentos quadraginta ſeptem plures recepit Fabius, quam dederat. Cumque eam rem ſæpe in Senatu incaſſum jactari vidiſſet, filio Romam miſſo, agrum, quo Reipublicæ debitum exſolveret, vendidit. Solvit itaque privato impendio argenti pondo trecenta ſexaginta ſeptem & ſelibras, ſatius eſſe ducens bonis ſe ſuis exui, quam fide.

Plinius, nepos, cum amicum ſuum Quintilianum modicum facultatibus ſciret; [4] *quo honeſtius filia ejus nuberet*, quinquaginta millia ſeſtertiûm puellæ contulit.

## CAP. LXX.

### *De antiquis Nuptiarum ritibus.*

SOlebant veteres Romani, cum ſponſa ad virum prodiret, in eâ exornandâ hos ritus adhibere. Primùm in manus ejus clavem tradiderunt; caput haſtâ, quæ gladiatorem transfixerat, comſerunt. Cincta eſt nova nupta zonâ

lib. 9. cap. 54. 3 *Livius* lib. 22. cap. 23. 4 Vide *Plinii* Epiſt. 32. lib. 6.

laneâ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/palladio1709/0099
© Universitätsbibliothek Heidelberg
gefördert durch die Gesellschaft der Freunde Universität Heidelberg e.V.

la cingevano con una cintura fatta di lana di pecora, la quale poi lo ſpoſo glie ſciolgeva ſopra il letto; portava in teſta ſotto il velo, il quale addimandavano *Flameo*, una ghirlanda di Verbena, meſchiata d'altre herbe; & la facevano ſedere ſopra una pelle di pecora. Quando andava a marito, era accompagnata da tre fanciulli, che haveſſero padre & madre. Uno delli quali le portava dinanzi un torcio acceſo, fatto di ſpini bianchi, percioche queſte ceremonie ſi facevano di notte. Et li altri dui gli andavano uno per lato. Le mandava ancora inanzi una rocca acconcia con lino, & col fuſo pieno di filato; & gli facevano poi toccare il fuoco & l'acqua. Non accendevano nelle nozze piu di cinque torchi, li quali ſi ſolevano accendere da gli Edili.

## CAP. LXXI.

### *Della buona creanza, che davano a i figlivoli.*

USavano gli antichi Romani una gran diligenza in dare buona creanza alli loro figlivoli. Et prima non li laſciavano andare a mangiare fuor di caſa, ne gli permettevano dir parole diſhoneſte, & mandavano in Toſcana, in Athene, & a Rodi, ad imparare le buone arte & diſcipline. Non li laſciavano andare molto fuori di caſa, & non comparavano mai in piazza inſino che non haveſſero 10. anni, & all' hora andavano nell Erario, a farſi ſcrivere ne libri della loro Tribu. Comparivano poi l'altra volta di diciſette anni, & all' hora laſciavano la preteſta, & prendevano la toga virile; & preſa che l'havevano, ciaſcun giovane andava di continuo con il ſuo vecchio, facendogli grande honore & riverenza. Et nel giorno, che ſi ragunava il Senato, accompagnavano alla corte alcuno de' Senatori, ſuoi parenti, ò amici del padre, & ivi aſpettavano inſino che il Senatore era licentiato, & lo ricompagnavano a caſa.

## CAP. LXXII.

### *Della Separatione de' Matrimonii.*

LI antichi Romani uſavano tre modi in ſeparare li matrimonii.

Il primo era detto *Repudio*, & ſi faceva dall'huomo contra il volere

laneâ, quam ſponſus in lectum ſolveret; Coronam in capite geſtabat, ex verbena aliiſque herbis nexam; caput velamine operuit, quod *Flammeum* dictum eſt; ſedere juſſa eſt in pelle lanatâ. Ad viri domum tres pueri, qui patrimi erant & matrimi, ſponſam comitabantur. Horum alter ex ſpina alba facem (nocturnæ enim fuerunt nuptiæ) accenſam præferebat. Alii duo nuptam utrinque clauſerunt. Prælata colus eſt lanâ comta, & fuſus cum ſtamine. Ignem denique & aquam tangere nupta jubebatur. Tædæ nuptiales quinque fuerunt, non plures, quas ab Ædilium focis accendi oportuit.

## CAP. LXXI.

### *De ingenua liberorum educatione apud Romanos.*

